

**Index supellectilis anatomicae : quam Academiae Batavae quae Leidae est legavit vir clarissimus Johannes Jacobus Rau, rogatu illustrissimorum et amplissimorum academiae istius curatorum et urbis consulum / confectus a Bernardo Siegfried Albino, qui et vitam ejus et curationem quam calculosis adhibuit instrumentorumque figurās addidit.**

## **Contributors**

Albinus, Bernhard Siegfried, 1697-1770.  
Rau, Johannes Jacobus, 1668-1719.

## **Publication/Creation**

Lugduni Batavorum : Apud Henricum Mulhovium & prostat quoque Franciscum Schuyl ..., MDCCXXV [1725]

## **Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/rdpt9dgw>

## **License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>

INDEX  
SUPELLECTILIS  
ANATOMICAE  
QUAM  
ACADEMIAE BATAVAE QUAE LEIDAE EST  
LEGAVIT  
VIR CLARISSIMUS  
JOHANNES JACOBUS RAU.

*ROGATU ILLUSTRISSIMORVM ET AMPLIS-  
SIMORVM ACADEMIAE ISTIUS CURA-  
TORVM ET VRBIS CONSULVM*  
CONFECTUS A  
BERNHARDO SIEGFRIED ALBINO,  
QUI ET VITAM EJUS ET CURATIONEM  
QUAM CALCULOSIS ADHIBUIT IN-  
STRUMENTORVMQUE FIGU-  
RAS ADDIDIT.



Apud { *LUGDUNI BATAVORUM,*  
*HENRICUM MULHOVIUM, Bibliop.*  
*FRANCISCUM SCHUYL, Theatri*  
*& prostat quoque*  
*Anatomici custodem publicum.*  
 MDCCXXV.

СИМФОНИЯ  
САДЫ

*ILLUSTRIBUS ET AMPLISSIMIS*  
ACADEMIAE BATAVAE  
*QUAE LEIDAE EST*  
**CURATORIBUS**

**ALBRECHTO NICOLAO**

BARONI DE SCHAGEN, TOPARCHAE IN  
GAUDRIAN, EQUESTRI ET NOBILUM  
HOLLANDIAE ORDINI ADSCRIPTO, MAGI-  
STRORUM RATIONUM COMITATUS HOL-  
LANDIAE PRIMO, JUDICII VENATICI AD-  
SESSORI, CURATORI AGGERUM VIARUM  
ET AQUARUM RHENOLANDIAE, SOCIE-  
TATIS INDICAE ORIENTALIS RECTORI,  
ETC. ETC.

**HERMANNO VANDEN HONERT,**  
J. U. D. URBIS DORDRACENAE SENATORI  
ET CONSULL, AGGERUM ALBLASSERWER-  
DENSUM PRAEFECTO, ETC. ETC.

**CORNELIO VAN VALKENBURG,**  
J. U. D. URBIS HARLEMENSIS SENATORI  
ET CONSULARI, AC CUM MAXIME PRAE-  
TORI, CURATORI AGGERUM VIARUM ET  
AQUARUM RHENOLANDIAE, ETC. ETC.

ET

ET EORUM COLLEGIS  
NOBILISSIMIS ET AMPLISSIMIS  
URBIS LEIDAE  
CONSULIBUS.

JOHANNI VAN DEN BERG, J. U. D.  
CONSULUM PRIMO.

YSBRANDO DE BYE, J. U. D.

HENRICO VAN WILLIGEN, J. U. D.

ABRAHAMO HOGENHOECK, J. U. D.


NEC NON

VIRO SPECTATISSIMO

P E T R O G Y S, J. U. D.  
SENATORI ET MODO JUDICI LEIDEN-  
SI, CURATT. ET COSS. AB ACTIS.

D. D. D.

B. S. ALBINUS.



# LECTORI

S. D.

## B. S. ALBINUS.

**N**dicem, quem vides Lector benevole, rogatu & auctoritate *Illustrium & Amplissimorum Academiae* hujus *Lugduno-Batavae Curatorum & Urbis Consulum*, emitto, ut publicus peritiae, industriae, & liberalitatis *Rauianae* sit testis; & ut notum simul faciat nostris exterisque, in quorum manus forte perveniet, Thesauro tam singulari Academiam nostram esse locupletatam. Ne vero sic solus & plane nudus prodiret, facile ad-

\* duci

## DE CL. RAUII VITA

duci me passus sum, ut in hac praefatione Vitam Clarissimi Viri quoque exponerem, & celebrem curationem, quam calculo vesicae laborantibus tam feliciter adhibuit, breviter enarrarem. Quamvis enim Vitam Ejus satis jam *Pater meus* recensuerit, ea oratione, quam *in Obitum Ejus* habuit; tamen haud moleustum plerisque fore credidi, eam hic etiam paucis & simpliciter descriptam legere; praesertim cum nonnulla quoque adjecerim. Quod vero calculosorum curationem addiderim, gratiam me non exiguam à Medicinae & Chirurgiae cultoribus & aestimatoribus initurum factis certo scio, cum quod nulla hodie propter praestantiam suam magis sit celebrata, tum quod, eam ut evulgarem, ab aliquo jam tempore à multis fuerim sollicitatus. Eam autem ipse nulli, quod sciam, aperte umquam explicuit; sed multos passim ad videndum admittere solebat: in quibus mihi quoque esse licuit, toto isto tempore, quo Leidae docuit. Quae tunc vidi, & sedulo notavi, hic accurate recenseo; & quo magis ea faciam perspicua, scopum Ejus etiam exponere, & singulorum, quae faciebat, rationes reddere conor. Quibus si aliquid hanc rem illustraverim, &

si

## CALCULOSORUM CURATIONE &c.

Si quid inde in humanum genus utilitatis & commodi redundet; gratias ages eidem *Rauio*, qui eleganti & certiori illa methodo sua hisce observandis & explicandis dedit opportunitatem. Sed ad propositum veniamus, & agamus primo de Vita Ejus.

JOHANNES JACOBUS RAU, *Badensis*, ejus oppiduli, quod in Circulo Suevico est, Patre *Johanne Rau*, vini mercaturam faciente, Matre *Magdalena Muller*, natus est A. AER. C. MDCLXVIII. Hic ineunte adolescencia, ob tenues parentum facultates, non ita ab iis educatus ac institutus est, ut sperare de eo potuissent, talem futurum, qualem nos cognovimus. Accepimus enim, patrem eum anno aetatis suae quarto & decimo Argentoratum in Chirurgi officinam ablegasse, ut opere chirurgico faciendo sese exerceret. Cum exegisset ibi triennium, in patria sua non valuit diutius manere, sed ut ipse sibi, satis jam instructus, pararet ea, quae ad victum expeditent, à parentibus plane dimissus, & exi-guo itineris vitaeque subsidio munitus, longe atque late incepit vagari. Postquam igitur Germaniae partem aliquam pererrasset, tandem Hamburgum venit: ibi navem forte con-

## DE CL. RAVII VITA

scendit, eaque advectus est in Norwegiam; ubi Bergae, celebri emporio, Chirurgo *Frauen* dicto servivit. Ejus autem loci vim frigoris quum difficilius sustineret, mox inde navi iterum profectus, Amstelaedamum se contulit: erat enim tunc temporis, ut hodie, inter duo haec emporia, propter mercaturam, frequens admodum navigatio. Amstelaedami primo in nave bellica *Comitis à Benthe*m chirurgi locum obtinuit; eaque Hispanias, aliosque portus accessit. Ex quo itinere cum in Belgium rediisset, accidit, ut *Wilhelmus Princeps Auriacus* classe in Britanniam navigare vellet. Cujus navium uni praeyerat *Schey*, vice *Archithalassus*. Ei tunc navi chirurgus quoque datus est; & dictae expeditioni interfuit. Sic igitur hactenus erravit incertus, & fere in contubernio sordidissimorum hominum. Quae vero duro hoc vitae genere & cum periculo acquisierat, conservaverat parsimonia. Quod utrum insita quadam frugalitate fecerit, erat enim ad rem paullo attentior; an quod jam tum meditatus secum fuerit iis aliquando uti ad ornandum se augendumque doctrina, difficile est judicare. De eo constat, quod in Hollandiam reversus, facta re, ad bonarum artium omnisque

## CALCULOSORUM CURATIONE &c.

que doctrinae sedem Leidam nostram accesserit, ibique studiis, medicis praesertim, operam navaverit. Hic cum animum doctrina sati excoluissest, dein Lutetias Parisiorum se contulit, ut in Anatomicis & Chirurgicis porro se exerceret, quibus maxime studebat. Parisiis Anatomes studio apud optimos magistros operam non modo dedit, sed ipse etiam demortuorum corpora diligenter incidit. Praeceptorem ibi in Anatomicis praesertim habuit fama jam tunc celebrem *Josephum du Verney*, cuius demonstrationibus interfuit: tum & apud *Meryum* nervorum per corpus humanum distributionem vidit. In Chirurgicis quoque, praeterquam quod luxatos articulos restituere à *Misheuio* didicerit, praeterea praestantissimos & veteranos Chirurgos comitatus, artem eos suam in vivis exercentes saepe vidit. Fuerunt autem illi *Petit*, tunc octuagenarius, *Mare-schall*, *Roumart*, aliique. Parisiis rediit Leidam, A. MDCXCIV, ubi xxiii. mensis Martii in civium Academicorum numerum iterum receptus, paullo post, xi Maji, dissertationem elegantem, *de ortu & regeneratione dentium*, publice pro gradu Doctoratus defendit, & à *Clarissimo Carolo Drelincourtio* Doctor Medicinae

## DE CL. RAVII VITA

creatus est. Tunc vero vitae istius erraticae & vagae pertaesus, Amstelaedamum sibi sedem stabilem certamque delegit, ubi & Anatomen alios docendo, & Medicinam, eam in primis, quae manuum opera curat, exercendo sua se sustentaret industria. (a) Anno igitur MDCXCV. ibi domi suae prima ingenii & dexteritatis experimenta in Anatomicis dedit *cerebri & organorum sensuum corporeorum quinque* in cadaveribus humanis demonstrationibus. Dein sequenti hyeme *organa soni, vocis & loquelae* eodem modo exhibuit. Nec diu latuit. Immo eodem adhuc anno MDCXCVI. in publicum & celebre theatrum eum produxerunt *Nobilissimi & Amplissimi Reipublicae Amstelaedamensis Consules*. Quippe cum ex vulgi fama, & insignium urbis Medicorum testimonis, studium peritiamque ejus intellexissent, dederunt ei cadavera in Theatro suae urbis Anatomico dissecandi potestatem. Itaque in sequentibus annis non intra suos parietes modo, sed in eo etiam loco, varias corporis humani partes demonstravit, & chirurgicas quoque operationes in cadaveribus humanis publice magno applausu exercuit; laudante spectantium corona, & sti-

(a) Vid. Rau resp. ad denfens. Ruyschii pro septo scroti, in initio.

## CALCULOSORUM CURATIONE &c.

stimulos addente novos. Praeterea suae in curationibus chirurgicis peritiae & dexteritatis specimina quotidie etiam edebat. Veneratus forte Amstelaedamum iisdem temporibus *Frat*ter *Jacobus de Beaulieu*, ut & ibi, quemadmodum fecerat in Galliis, novam suam calculosos secandi methodum exerceret. Quod & faciebat, impetrata à Magistratu urbano facultate. Iстis operationibus ejus saepius tunc interfuit *Rauius*, methodum ejus damnans & acerrime etiam impugnans. Quod cum minus benigne interpretarentur Magistratus, primo contine-re se debuit: sed cum mox ipso eventu deprehenderent, vera eum dixisse, ei hanc curam demandarunt. Nec ita multo post *Nobilissimi* et *Amplissimi* Reipublicae Leidensis Consules suae etiam urbis Lithotomum eum constituerunt. Iis igitur in omnibus cum non minus dexteritate & peritia sua quam felicitate adju-varetur, & unus maxime floreret, factum est, ut brevi tempore illustraretur. Nam & inquilini & exteri ad eum accedebant, ut Anatomen & Chirurgiam apud eum disce-rent. Ad Chirurgicas opérations in tota Hollandia passim adhibebatur; praesertim ad cal-culosorum sectionem, qua maxime incla-resce-

## DE CL. RAUII VITA

rescebat. Rebus sic ad voluntatem ejus fluentibus, accidit, ut magna ad gloriam ejus accessio facta fuerit. Anno enim MDCCV. ad *Illustribus & Amplissimis Academiae hujus Curatoribus & Urbis Consulibus*, ad quos fama Viri per venerat, rogatus est, ut Leidam venire, & in Theatro Anatomico Academiae publico demonstrationes quasdam anatomicas instituere vellet. Eas partes etiam suscepit, atque in maxima spectantium, & praestantissimorum quoque, omnique doctrina ornatissimorum hominum corona ita implevit, ut eos non spectatores solum habuerit, sed applausores. Decoratus tandem est, quod unum adhuc supererat, summo & amplissimo laborum suorum praemio. Nam postquam mortuus esset *Clarissimus Bidloo*, eum solum dignum judicarunt *Illustres Academiae Lugduno-Batavae Curatores & Urbis Consules*, cui *Medicinam, Anatomen & Chirurgiam* in ea docendi provinciam concrederent. Et licet Amstelaedami cum familiaribus suis viveret bene & libere plane, & facile perspicceret, si Leidam ad docendum migraret, à veteri illa consuetudine, quae naturae vim jam obtinebat, fore recedendum; multaque essent alia, quae subitam istam loci tantamque vitae

mu-

## CALCULOSORUM CURATIONE &c.

mutationem dissuadere viderentur, accepit tamen conditionem. Factum id est A. MDCCXIII. Venit Leidam maxima omnium spe atque exspectatione: ibique xxvi. Septembris die dictam Professionem auspicatus est; habita de *Methodo Anatomen docendi & discendi* publica oratione. In eo quoque *Amplissimo Ordine* dein adsecutus est summum gradum honoris & potestatis; gessitque *Rectoratum Academiae* A. MDCCXVIII. Ad Academiam accessit sanus & vegetus; & quamdiu integra valetudine fuit, munere etiam suo functus est diligenter. Quadriennio circiter ante mortem pedem dextrum gravis lapsus laeserat; unde oborti dolores leto eum aliquot hebdomas addicebant; quibus sopitis oedema remanebat. Et cum propterea domi se quietum diu continere deberet, perturbari incipiebat valetudo ejus, & malum, quod hypochondriacum vocant Medici, oriri. Biennio ante obitum vertigo multa & frequens perquam molesta esse; quae post annum spatium in levem apoplexiā terminabatur. Qua superata, aurium tinnitus ei gravis esse; febris accedere lenta & diurna, omni eum nocte affligens, multoque sudore consumens. Sic crescere indies melancholia; ut nec gallo-

\*\*

rum

## DE CL. RAUII VITA

rum hominumve cantus , nec campanarum sonitus , nec alios minimos quosque strepitus ferre posset. Tandem , circiter mensem Julium A. MDCCXIX. delirium melancholicum oriri ; quod ad ultima gravissimaque increvit. Donec die xviii. mensis Septembris anni ejusdem , dives satis , celebris , honoribusque , ultra quam sperare potuisset , ornatus , misere tamen , diem obierit supremum. Sepultus est in Templo Leidensi maximo. Parentavit ei *Bernhardus Albinus* , Pater meus. Heredes testamento fecit *Clarissimum Hermannum Oosterdyk Schacht* , tunc poliatrum & practicum Leidensem exercitatissimum , nunc etiam Medicinae Professorem dignissimum , & collegam meum conjunctissimum , quo familiari & medico in primis usus erat ; & *Plurimum Reverendum Gisbertum Ostens* , Medicinae Doctorem , & Remonstrantium apud Amstelaedamenses Pastorem optime merentem , amicum veterem suum. Fuit autem corpore magno & robusto , egregiaque & virili plane forma ; vultu severo & torva non nihil tuente. Fuit animo generoso , prompto & alacri ; totus tamen paullo fervidior atque commotior. Caeterum ingeniosus , labriosus , & attentus ; atque gloriae semper cupi-

## CALCULOSORUM CURATIONE &c.

pidissimus; quam non arte, sed aperte palamque meritis suis acquirere studebat. Vixit in caelibatu, parce & sobrie; libere tamen, & cum amicis hilarus. Adulari admodum non poterat, neque sustinere diu simulationem. Itaque nemini facile & diu parcere solebat; sed alios reprehendebat, errores evellere conabatur; in multos vehementius quoque invectus; praesertim si quos in sua arte à vero abesse existimaret. Quod eum non tam carpendi aut laedendi libidine fecisse credimus; quam veritatis asserenda & defendenda studio atque impetu quodam; & quod non prorsus abjecte de se sentiret. Quemadmodum etiam non tam vitio vertendum ei esse videtur, ut multos facere scimus, quod verbis & moribus fuerit asperior; quam admirandum potius, talem adhuc evasisse, qui vitam tam duram & erraticam, & tam ab omni humanitate & urbanitate remotam, egerit in ea aetate, qua flexibiles hominum animos, sicut mollissimam ceram, ad arbitrium fere sociorum, & ut fors tulerit, formari & fingi novimus. De caetero in Anatomicis & Chirurgicis maxime excelluit. Ad Anatomen discendam *Scriptorum veterum Anatomicorum & recentiorum frequentem*

## DE CL. RAUII VITA

*lectionem, vivam docentium vocem & informatio-*  
*nem, in dissectione corporum humanorum & bru-*  
*torum manuductionem, & frequentem exercitatio-*  
*nem requiri, scripsit in Oratione. Nam tamen*  
magis ex corporibus ipsis, quam ex libris Au-  
etorumque figuris petendam esse aperte dicere  
solebat. Ad corporis humani fabricam co-  
gnoscendam ipsa hominum corpora adhibenda  
esse; neutiquam vero corpora brutorum: nisi  
cum obscura iis forte possent illustrari. Porro  
partes omnes, quoad ejus fieri possit, recentes  
esse considerandas, & simpliciter demonstran-  
das tales, quales absque ulla mutationis suspi-  
cione revera deprehendantur. Ad detegen-  
dam latentem earum structuram, artes quidem  
varias esse adhibendas; sed tales, quae veram  
constructionem nihil quicquam mutatam de-  
monstrarent. Quapropter recentia corpora  
humana diligenter in primis perscrutari, & ca-  
nales replere, macerare, dissolvere, separare,  
flatu extendere, siccare, aliisque subsidiis uti  
solebat. Quamquam artes plerasque non val-  
de laudaret & approbaret; immo, quod mu-  
tare fere soleant, vituperaret: non sollicitus  
adeo quam pulchre & nove pars quaelibet  
arte parari posset, sed quam vere talis in cor-  
pore

## CALCULOSORUM CURATIONE &c.

pore humano existeret. Quod & palam affirmantem saepe audivimus, & publice ab eo scriptum legimus, in eo praesertim Opusculo, quam vocavit *Defensionem*. Corpora omnium aetatum secuit innumera. Mallei processum longum & gracilem invenit vel restituit. Maxillae inferioris capita non in sinus ossium squamosorum immitti, sed tuberculis, quae ante sinus istos sunt, inniti existimabat: ideoque praesertim interponi lamellam illam cartilagineam utrumque cavam, ut tubera utrumque excipiat, & inter se apte committat. Scroti humani membranam, quam darton vocant, quamque unicam esse, utriusque testi communem, septoque divisam, crediderant Anatomici, gemino sacculo ad utrumque colis latus uno, unicuique testi privato involucro, constare; & istos sacculos lata superficie sibi invicem applicari, & leviter connasci; ac propterea septum scroti proprie nullum esse, primus eleganter demonstravit. Caetera, quae forte in Anatomicis vel nova detexit, vel corrigenda censuit, una cum eo interciderunt. In Chirurgicis multae sunt celebres curationes ejus; quarum nonnullas in oratione ipse recenset: ex qua unam, inter caeteras in pri-

## DE CL. RAUII VITA

mis mirabilem, & ut talem ab eo proposi-  
tam, libet transcribere. *Historiam inauditam*,  
inquit, *haud ita pridem tamen visam*, narrabo.  
*Juveni* viginti annos nato *intestinum ileum* per  
*vulnus*, ad regionem inferiorem umbilici *cultro in-*  
*flictum*, erumpit, propendens extra ventrem, lon-  
gitudine trium ulnarum nostratium, spatio tempo-  
ris quatuordecim dierum, aeri longius supra ven-  
trem expositum, suppurationem grandem patieba-  
tur, unde *intestinorum gyri inter se concreti* erant;  
& cum toto muscularum abdominis vulnera commati;  
*praelucente Anatome*, cognita vulneris *inflicti natu-*  
*ra*, feliciter *vulneratum curavimus*. Celeberrima  
est curatio quam calculosis adhibuit; quamque  
se *in mille quingentis quadraginta septem hominibus*  
*peregrisse* in dicta oratione paullo post addit; &  
quam dein etiam saepe & saepius ad mortem us-  
que suam exercuit. Instrumenta quaedam Chirur-  
gica multum correxit; ea in primis, quibus ad  
calculorum curationem usus est: dein & *Bartischii*  
instrumentum, pro auferenda palpebrae  
superioris relaxatae parte; quo commodius,  
citius, tutius & accuratius, id efficeretur:  
aliud etiam pro uvula relaxata, si opus fuerit,  
abscindenda. Praeter *Orationem de methodo*  
*Anatomen docendi & discendi*, quam in vulgus  
exire

## CALCULOSORUM CURATIONE &c.

exire passus est , habemus *Epiſtolam ejus de Inventoribus septi ſcroti* , qua id à ſeptem Auctoribus animadverſum fuſſe , productis eorum verbis probat: dein *Reſponſionem ad defenſionem F. Ruyſchii pro ſepto ſcroti*; qua praeter ea , quae ſcribit de ſe , & de lite Anatomica , quam cum *Clar. Ruyſchio* habuit , iſtrumentum *Bartiſchii* à ſe correctum deſcribit , & novam à ſe dete-ctam ſcroti humani conſtructionem tradit. Atque haec hactenus. Pergamus ad exponendam curationem , quam calculoſis adhibuit.

Quod primo in Hollandia calculoſos curaverit , plane ut Parifiis didicerat , urethram in perinaeo incidente, apparaṭu , ut vocant , magno , certi ſunt gravifimique teſtes. Conſtat etiam , quod *Fratrem Jacobum* operantem non ſolum viderit , ſed & quod mortuorum ab operatione ejus corpora aliquoties fuerit perſcrutatus. Deinde autem methodo nova ſua ſemper eſt uſus , qua eumdem , quem Monachus ille , locum incident. Propoſitum in hac ope-ratione erat , non cervicem vesicae incidente , ut primo fecerant , nec urethram , ut eo tem-pore plerique ſolebant ; ſed vesicam iſsam , proxime cervicem ejus , à latere , nonnihil inferiora & posteriora uerſus. Quae quidem  
vesi-

## DE CL. RAUII VITA

vesicae sectio periculosior per se multum esse non poterat , quam vel cervicis , vel urethrae . Et cum sic urethra & cervix integra manarent , & neque instrumenta introducendo & vi magna diducendo , neque etiam calculum , magnum saepe & scabrum asperumque , violenter & crudeliter plane extrahendo , viae hae necessario angustae , partesque tenerrimae , laederentur ; & multa , quae haec consequi fere solent , maximaque mala praecaverentur , longe vulgaribus antecellere videbatur . At cum vesicae haec regio non pateat , sed penitus recondita sit , perdifficilem quoque habebat accessum . Accedere autem instrumenta ad eam tantum poterant , si aegro supino , genubus ejus erectis , femoribus flexis modiceque diductis , cutis ad latus ani incideretur , & dein per eam plagam , oblique interiora & nonnihil superiora versus , culter ad dictam vesicae regionem adigeretur , & vulnerata eo vesicā , porro per factam viam forceps introduceretur , eaque prehensus calculus extraheretur . Et modo haec recte peragerentur , nulla hic reposita erat pars adeo princeps , ut magnopere obstaret . Sed difficilem & periculosam reddebat hanc operam cum discindendorum crassities magna ,  
tum

## CALCULOSORUM CURATIONE &c.

tum quoque partium nobilium, & quae laedi nullo modo debebant, vicinitas. Nam si Chirurgus vel profundius, quam par sit, cultrum adigeret, vel & scindendo de recta via deflecteret, periculum erat, ne aut vesicae oppositum latus quoque pertunderetur, aut rectum intestinum seminalesque vesiculae laedarentur, aut ureter, colis erector, corpus cavernosum majus urethra ipsa, graviter vulnerarentur, immo abscinderentur; aut hujusmodi alia, gravia omnia, fierent. Vulnere etiam facto, cum per id forceps in vesicam intromittenda esset, facile erat à via aberrare, forcipemque non in vesicam, ut oportet, sed inter partes, juxta quas transire deberet, adigere, ibique aperire, diducere, forte etiam ea, quae offenderet, prehendere, trahereque, iisque omnibus non modo irritam facere operationem, sed & mala plurima patrare. Et haec quoque *Fratri Jacobo* evenire solita fuisse legimus & audimus; qui neque fabricam sicutumque harum partium admodum intelligebat, neque certi quidquam habebat, quo cultrum forcipemque dirigeret. Quare tantum abest, ut methodum ejus laudemus, ut eam potius magno hominum detimento, & in perniciem

\*\*\*

mi-

## DE CL. RAVII VITA

miserorum factitiam ab eo fuisse , palam affirmare non dubitemus. Et satius fuisset, de ea unquam ne cogitasse quidem , nisi optimae inveniendae occasionem *Rauio* dedisset. Hic enim cum fabricam & posituram earum partium , quae incidenda vel vitanda erant , perspectissima haberet , nihil huic methodo deesse animadvertisit , quam ut ratio inveniretur , qua instrumenta ad eam vesicae regionem recta certoque dirigerentur. Eam etiam invenit & adhibuit felicissime. Itaque negari quidem non potest , praeivisse *Rauio Fratrem Jacobum*; hoc tamen ei hodieque & semper esse debet laudi maximaque gloriae , quod peritia , ingenio , & industria sua id addiderit , quo solo curatio , caeteroquin incerta , periculosa , & plerumque perniciosa , reddita est certa , tutior , & caeteris forte melior & praestabilior. Addidit autem catheterem , ut vocant , qui gibba sui parte sulcum profunde infissum haberet : quem per urinae iter in vesicam demitteret , & ad vesicae locum , qui incidendus erat , gibbo suo apprimeret ; ut eum extrinsecus deprehendere , è regione ejus plagam cuti infligere , versus eum cultrum porro dirigere , supra eum vesicam certo incidere , instrumentaque pro for-  
cipe

## CALCULOSORUM CURATIONE &c.

cipe tuto rectaque dirigenda immittere posset; plane ut apparatu magno fieri solet. Sed cum vulgares catheteres, quibus, qui urethram in perinaeo incidunt, utuntur, plerumque leviter tantum curvati, isti vesicae loco apprimi facile non possent, novum excogitavit, à vulgaribus diversum, primo quod ibi, ubi rectus esse desinit, ad sulci sui principium, curvaturam paullo majorem habeat; deinde quod ad curvaturaे istius extremum rostrum rectius fit & longius, ut cultrum supra id com mode versus posteriora hinc & inde ducere, & amplam satis plagam vesicae infligere posset. Videturque quod ipsa earum partium in corporibus humanis contemplatio, collata cum iis, quae in operatione agenda erant, haec ei suppeditaverint. In curatione autem aegrum collocabat, ligabat, teneri jubebat, eo fere modo, quo solent, qui urethram in perinaeo incidunt: nisi quod supinum mensae non admodum altae ita imponeret, ut dorsum ejus depresso, nates vero elatiores essent; ut nempe locus incidendus eo magis pateret. Ipse deinde ante aegrum dextro genu ad terram demisso innitebatur, cum interim sinistra tibia erecta & cum femore angulum acutiorem fa

\*\*\* 2 ciens

## DE CL. RAUII VITA

ciens corpus magis sustineret. Tum sinistra manu cole prehenso, dextra catheterem suum per urethram in vesicam ex arte demittebat. Hinc catheteris manubrium sinistrale digitis & pollice prehensum leniter & prudenter versus aegri ventrem dextrumque inguen inclinabat; ut catheteris curvatura sulcata, in vesica prope cervicem ejus haerens, applicaretur ad vesicae locum incidendum, ad latus sinistrum, & uti dictum est in principio, proxime cervicem, non nihil inferiora & posteriora versus. Quo facto, catheterem leniter ad eum locum apprimebat, eodemque tempore dextrae pollicem extrinsecus admovebat ad mollem natum regionem, quae ad sinistram ani est, inter eum & ossis ischii tuber magnum quod sedentem sustinet, è regione curvaturae catheteris. Tumque catheterem pollicem dextrum versus leniter impellendo, & vicissim eodem tempore pollicem dextrum catheterem versus à sinistris & inferioribus dextrorum sursumque premendo, extrinsecus inveniebat & notabat locum, qui curvaturae catheteris oppositus esset, cui nempe plagā primo erat infligenda. Is igitur erat ad latus ani sinistrum, pollicem vel digitos transversos duos circiter ab eo versus tuber ossis

## CALCULOSORUM CURATIONE &c.

sis ischii remotus. Non propior ano, ne re-  
ctum intestinum facile laederetur; nec ab eo  
remotior, ne cultrum nimis oblique cathete-  
rem versus adigere necessum foret. Tamen  
pro aetate, proceritate, & varia harum par-  
tium in multis constructione & amplitudine,  
modo proprius anum, modo remotius ab eo,  
modo altius, modo demissius paullo, cutim  
incidebat; semperque locum intus vesicae ap-  
pressa catheteris curvatura satis indicabat. In-  
vento loco, ibi primo cutem fere solam & pin-  
guedinis pauxillum incidebat, plaga recta, lon-  
ga satis, à superioribus ad inferiora & exterio-  
ra, id est versus ossis ischium tuber, nonnihil  
ducta; ut nempe à recto intestino recederet.  
Hanc autem primam plagam faciebat animo  
non valde sollicito. Mox in eam plagam adi-  
gere solebat dextrae pollicem, vel & indicem,  
ea parte, quae ungui opponitur, catheterem  
versus, quem ad locum vesicae incidendum si-  
nistra, quantum poterat, applicatum tenebat;  
quaerens iterum catheterem. Quo reperto  
retrahebat pollicem, statim cultri sui apicem  
in plagam prudenter, nec alte admodum, im-  
mittebat, & versus catheterem, quem police  
paullo ante exploraverat, caute dirigebat,

## DE CL. RAUII VITA

leviter discindens quibus occurrebat. Et ne sic rectum intestinum facile vulneraret, plerumque digitum in anum aegri leniter prius demittebat, ut recti intestini posituram penitus cognosceret, idque tanto certius vitaret. Cum sic leviter scindendo fere ad vesicam perventum esset, iterum in vulnus introtrudebat pollicem indicemve, catheterem ut ante quaerens, eumque, si aegri jactatione remotus forte esset, restituens; simulque accurate observans & memoria retinens locum positionemque curvaturae catheteris, supra quam vesica ipsa proxime erat incidenda. Quod facturus circumspectius agebat; hortabatur & obsecrabat adjutores, ne aegrum se clunesque praesertim suas jactare sinerent; aegrum ut se contineret: ipse catheterem finistra ad locum incidendum applicatum retinens, dextra confestim cultrum per plagam ad catheterem caute admovebat, ita ut ille non scinderet, sed ut mucro ejus ad catheterem recta tenderet. Tunc attente & prudenter operam dabat, ut cultri mucronem in catheteris sulcum punctum demitteret. Id autem ex sententia successisse sciebat, quam primum cultri mucronem & catheteri inniti, & in latus utrumque leniter motum fulci

## CALCULOSORUM CURATIONE &c.

fulci parietibus retineri deprehendebat. Tunc igitur cultri mucronem in fulco catheteris circumspicte & firmiter sursum deorsumque ducens, magis tamen deorsum, catheterem etiam cultro perite accommodans, vesicam incidebat, plaga non admodum magna. Eam vero à superioribus ad exteriora nonnihil descendere faciebat ipsa catheteris positura; quod & necessarium plane erat, ne vicina laedarentur. Curabat deinde, ne catheter à vesicae plaga recederet, & immisso digito plerumque magnitudinem plagae nudumque catheterem explorabat; praesertim si eum loco motum esse suspicaretur: oportebat enim catheteris fulcum vesicae plagae nudum adstare, ut conductorem marem in eum certo demittere posset. Itaque, postquam quietem iterum impetrasset, dextera conductorem marem prehendebat, & per vulnus versus catheterem attente, prudenter, firmiterque adigebat, & pertentando efficiebat, ut fulcum catheteris ingrederetur, nihilque esset interceptum; quod resistentia & durities satis ei indicabant. Qua de re cum esset certissimus, conductorem dextera fortiter impellebat, catheteremque eo repellebat, & eodem tempore catheteris manubrium

## DE CL. RAUII VITA

brium sinistra ad se leniter ducebat. Qua opera efficiebat, ut catheteris curvatura à plaga vesicae recederet in cavum ejus, & simul conductor, sulco curvaturae catheteris semper innitens, impulsusque, tuto certoque in vesicae cavum penetraret. Hinc conductorem leniter huc & illuc movebat: qui si nudo tunc catheteri & calculo praesertim occurret, tanto firmius sciebat, haerere eum in cavo vesicae. Caetera, ut apparatu magno fieri solet, peragebat. Nam dextera conductorem marem in vesica detinebat; sinistra catheterem ex ea per urethram protrahebat. Dein conductorem marem sinistra prehendebat; dextera foeminam, ducente mare, in vesicam demittebat. Tum ambos conductores sinistrae digitis scienter diductos tenebat, & inter eos forcipem dextera in vesicam recta introtrudebat. Hinc conductorem foeminam extrahebat. Forcipe pertentando calculum quaerebat; ut eo reperto securus esse posset, forcipem à via non aberrasse, sed vere in vesicae cavum introductam fuisse. Dein conductorem marem quoque extrahebat. Forcipem plerumque aliquoties & validè satis aperiebat, cum ut vulnus diduceret, tum ut vesicam

## CALCULOSORUM CURATIONE &c.

sicam dilataret, & quantum posset à calculo removeret. Denique forcipe calculum quaerebat, prehendebat, & extrahebat; easdem plane adhibens cautiones, ac ii solent & debent, qui urethram in perinaeo incidendo hanc curationem bene peragunt. Extracto calculo, instrumentis per vulnus immisis explorabat vesicam, ut, num & alter adesset, cognosceret. Calculorum fragmenta, arenulas, & sanguinis grumos, cochleari apto, vel indice, saepe educebat. Aegrum statim plerumque in lectum reponi supinum curabat. Vulnus nec turunda, nec emplastro, nec ligatura occludebat; sed primis ab operatione diebus apertum servabat. Interim ptisanam vel tenuem emulsionem affatim bibendam dabat; ut copiosa aqua in vesicam influens eam elueret, & per vulnus patulum continuo effluens, arenulas & sanguinis grumos, & si quid praeterea peregrini adesset, secum abriperet. Quo facto vulnus dein recentis instar sanabat. Quam dextere autem & quam celeriter istam operationem semper peregerit, testes sunt pene innumeri; & recitare possem graves, doctos, celebres, vivos, praesentesque: quam bene & feliciter, evenitus postea confirmavit; plerique enim curatio-

\*\*\*

ni

## DE CL. RAUII VITA

ni isti gravissimae supervixerunt; ab ea belle satis se habuerunt, & tempore etiam extra fidem brevi ita convaluerunt, ut nec fistula, nec urinae praeter voluntatem effluvium, nec sterilitas, aliaque, quae urinae iter sectis accidere solent, eos dein affixerint. Et licet haec res majorem in foeminis habere difficultatem videatur, iis tamen eamdem curationem adhibuit, modo viro usae non fuissent, nec perifissent: atque in iis etiam successu non caruit.

Placuit autem ei *Supellectilem Anatomicam* suam omnem, quam tot annorum maximis laboribus & sumtibus Amstelaedami Leidaeque ipse conferat & adservaverat, *Academiae* huic *Batavae* legare, & *Curatores* isti legato praeficere *Medicinae Professores*. Schedulam, cui id se velle inscripserat, dederat amico cuidam, jusseratque, ut eam post mortem suam, statim à lecto testamento, haeredibus scriptis suis exhiberet. Quum vero, mortuo *Rauio*, in aedibus ejus ex officio versaretur *Vir Clarissimus Hermannus Boerhaave*, Collega meus honoratissimus, tradita ei fuit schedula ista. Hic eam ad *Facultatem Medicam* detulit. Quae rem cum *Illustribus & Amplissimis Academiae Curatoribus & Urbis*

## CALCULOSORUM CURATIONE &c.

bis Consulibus communicavit; & cum iis egit de adservandis hisce in *Theatro Anatomico Academiae publico*, exstruendisque ibi aptis ad id armariis. *Curatores Academiae*, conlatis cum *Medicinae Professoribus consiliis*, *Repositoria splendida* in *Theatro Anatomico publicis* magnisque sumtibus exstrui curarunt. In quibus cum dein ordine omnia reponi deberent, ea-que per se satis jam mixta, transferendo etiam, ut fieri solet, magis turbata essent; multaque meliori conservatione indigerent; scripti vero nihil, quod haec illustraret, in scriniis defuncti reperiretur, me rogandum censuerunt *Illiustres & Amplissimi Academiae Curatores & Urbis Consules*, ut id negotii in me suscipere, & *Indicem quoque confidere atque evulgare* vellem. Ego id etiam recepi libenter; sed non sine labore & difficultate sum exsecutus. Et qui facile fuisset, turbatas adeo partes, tam varias, plerasque subtile, hinc & inde decerptas, extricare, colligere, & ordinare, atque in singulis in primis scopum ejus, qui eas paravit, investigare & invenire; cum in iis multae quoque sint, quae versato in his Anatomico operae multum satis faceſſerent, ut modo quae qualesve sint cognosceret. Conatus tamen sum

\* \* \* \*

2  
eas

DE CL. RAUII VITA CALC. CUR. &c.

eas in *Repositoriis* collocare non solum, ut conspici commode possent, sed judicio etiam quodam ita disponere, ut singularum praestantia ipso ordine serieque magis eluceret. Quae vero sint, quam elegantes, cujus pretii & utilitatis, hoc *Indice* comprehendi, singulas ordine recensens, & describens breviter. Tu mi *Lector*, si harum rerum studium & contemplatio Te delectat, evolve prius hunc libellum & lege; dein veni, vide, & admirare hoc egregium & duraturum *Rauiani* laboris monumentum, *Theatri* vero *Anatomici nostri* insigne & praecipuum ornamen-tum. Quod effigie *Clarissimi Legatoris* orna-tius brevi reddetur, quamprimum vivis pig-mentorum coloribus eam artificiose expreßerit *praestantissimus Pictor, Carolus de Moor*; cui id ne-gotii jam diu datum est. Vale! *Dabam Lei-dae, a. d. viii. Mensis Maji, MDCCXXV.*

IN-

# INDEX TABULARUM.

**T**Abulae hae exhibent verae, pro adultis, magnitudinis, Catheterem, Cultrum, Forcipemque; quibus ad Cælculosorum Curationem suam usus est Clarissimus Rau. Conductoris maris & foeminae figuræ non addidi; quod à vulgaribus, gladiolarum speciem habentibus, proprie non differant; hi autem accurate descripti & delineati sint in eleganti libello, quem de instrumentis Chirurgicis edidit Ren. Jac. Cresc. de Garangeot, Tom. I. Cap. VIII. Art. VI.

## TABULA PRIMA.

FIGURA PRIMA. Catheter à latere visus, ut vera figura ac crassities ejus appareant.

A. Manubrium.

B. Locus, ubi curvatura ejus major est, quam in vulgaribus.

C. Rostrum longius & rectius.

\* \* \* \* 3

FIGU-

## INDEX TABULARUM.

FIGURA SECUNDA. Catheter idem magis oblique visus; ut clarius demonstrentur,

A. Mamibrium.

B. B. Sulcus toti convexae regioni curvaturae rostrique impressus.

FIGURA TERTIA. Catheteris partis sulcatae extremum; ut appareant

A. A. Margines extremi, tenues quidem, sed tamen obtusi & laeves.

B. Sulci amplitudo.

C. Mucro obtusus & laevis; & quomodo sulcus ad eum terminetur.

FIGURA QUARTA. Sectio transversa partis sulcatae catheteris, ad demonstrandum qua ratione

A. Margines extremi, tenues, obtusi, ad se mutuo incurventur.

B. Sulcus profunde impressus sit.

FIGU-

## INDEX TABULARUM.

FIGURA QUINTA. Culter quo incidebat; an-  
ceps; acies & mucronem non valde tenuia &  
acuta habens; ut minus ab eo periculi immi-  
neret.

## TABULA SECUNDA.

FIGURA PRIMA. Forceps valida, modice di-  
ducta.

A. A. Annuli.

B. B. Extrema anteriora, cochlearium instar  
modice excavata; & intrinsecus versus extrema  
dentibus instructa: ut calculum commodius excipere  
& retinere possint.

FIGURA SECUNDA. Pars una forcipis, ea re-  
gione expressa, qua extreum anterius cochleari-  
forme cavum est.

A. Annulus.

B. Cochleariforme extreum, cavum, denti-  
bus armatum.

C. Lo-

INDEX TABULARUM.

C. Locus, ubi alteram partem, F. III. c. admittit.


FIGURA TERTIA. Pars altera forcipis, ea regione expressa, qua extreum anterius cochleariforme gibbum est.


A. Locus annuli.




B. Cochleariforme extreum, gibbum.


C. Locus, ubi alteram partem, F. II. c. excipit.


I N-











# INDEX LEGATI RAUIANI.



Ria sunt **Repositoria**, duo **majora**, & tertium minus, in quibus Apparatus hicce totus est dispositus.

**REPOSITORIUM PRIMUM, MAJUS.**

## A. *Sceleta.*

N°. I. Sceleton articiale viri adulti integrum, cum appenis ossē yoide & laryngis cartilaginibus exsiccatis. Verae cartilagine, quae costas cum pectoris osse committunt, & additamenta quoque cartilaginea inferiorum costarum, desunt; eorumque locum factitia, ex cera, tenent. Dein notandum, quod maxillam inferiorem (ex sententia sua; de qua in praefatione) ad tubercula ossium temporum filis acneis adaptaverit: quod & in aliis capitulo fecit.

A

II.

## I N D E X

**II.** Sceleton articiale foeminae adultae integrum, cum osse yoide & cartilaginibus laryngis; costarum cartilaginibus similiter ex cera factitiis.

**III.** Sceleton junioris naturale; id est sic paratum, ut ossa ejus inter se connectantur ligamentis propriis exsiccatis.

**IV.** Sceleton naturale junioris; annorum circiter sex.

**V.** Sceleton simile naturale, pueri triennis.

**VI.** Sceleton naturale, biennis.

**VII.** Sceleton naturale infantis recenter nati, maturi.

**VIII.** Sceleton naturale foetus immaturi.

**IX.** Sceleton naturale simiae caudatae.

**X.** Sceleton naturale felis.

**B.** *Capita ossa humana, varia; aetate, sexu, natione, crassitie, magnitudine & forma praeternaturalibus, morbosâ constitutione, atque ossium solutione artificiosa, inter se diversa.*

*I. Capita ossa adulorum.*

Nº. I. Virile integrum.

**II.** **III.** **IV.** **V.** **VI.** **VII.** Virilia omnia: sed pars cranii dimidia quasi, superior, serrae ope ab inferiore divisa est.

**VIII.** **IX.** Similia praecedentibus, nisi quod sutura sagittalis ad nasi ossicula usque excurrat.

**X.** Caput osseum Angli; ut inscrispit.

**XI.** Caput osseum Hispani: hic frontis os anterius, & cuneiforme superius, ad sinuum regionem, orbiculariter exsecta sunt; ut sinus in utroque duo, & septa, quibus distinguuntur, conspiciantur. Ablata quoque à processu mammillari est exterior crusta, ut appareant cellulae ejus.

**XII.** Caput osseum Galli.

**XIII.** Caput osseum Aethiopis. Nasus, totaque facies, lata, plana, & depressa sunt. Supercilia ossea prope nasum admodum eminent, & versus inferiora insigniter deprimuntur.

**XIV.** Caput osseum senis, magnum.

**XV.** **XVI.** **XVII.** **XVIII.** Capita ossea foeminina.

**XIX.** Caput osseum foemininum; cuius processus styliformes tribus fragmentis ossis, ordine se invicem excipientibus, & per ligamenta inter se connexis, construuntur.

**XX.** Caput osseum Anglæ, ut inscriptio habet: sutura sagittalis ad nasum excurrit.

**XXI.** Caput osseum mulieris Malabaricae. Ossa superiora sunt admodum tenuia; maxillæ angustæ; sutura sagittalis frontem secat. Praeterea superius carie exstum est.

**XXII.** Caput osseum anus annorum nonaginta, magnum satis. In osse verticis sinistro appetit incipiens caries.

**XXIII.** Caput osseum anus edentulæ; cui sutura sagittalis frontem secat.

**XXIV.** Caput osseum virile, cuius sutura sagittalis tota deleta est; os vero ad ejus locum extrinsecus amplio & oblongo sinu depresso est. Os occipitis ad futuræ istius locum, non acumine, ut solet, sed lata linea terminatur.

XXV. Caput osseum virile: ubi suturam lamdifor-  
mem totam ossa, Wormiana vulgo dicta, plura & ma-  
gna occupant.

XXVI. Caput osseum virile, magnum, cuius ossa val-  
de tenuia.

XXVII. Caput osseum virile; cuius ossa frontis, ver-  
ticis, occipitis, squamosa, & cuneiformis laterales par-  
tes, quae in temporibus consistunt, fere digitum cras-  
sa, substantia ossea fungosa quasi, rara, copiosissima, in-  
ter binas tabulas eorum, per se satis tenues, reposita.  
Sinuum frontalium vestigium appetet nullum.

XXVIII. Caput osseum virile, praecedente tenuius  
quidem; sed tamen crassum admodum, & praeterea  
compactissimum, forte, & valde ponderosum. Os  
frontis miris tuberibus extrinsecus inaequale est.

XXIX. Caput osseum, cuius ossa verticis, tempo-  
rum, & jugalia, à caeteris soluta sunt; totum mira-  
biliter crassum, compactum, durum, forte, pondero-  
sum, & mire etiam ubique à naturali specie recedens.  
Deest maxilla inferior. Foeminae Aethiopicae esse, si  
recte recordor, *Cl. Rau* dicentem aliquando audi-  
vi.

XXX. Caput osseum, cuius ossa in primis verticis  
& squamosa, partes autem frontis anterior, occipitis  
superior, & cuneiformis laterales, in vastam magni-  
tudinem ex creverunt; crassa tamen, & se se undique con-  
tingentia. Maxilla autem superior, & quibus hæc ad-  
nectitur, partes calvariae osium, ossa petrosa, &  
inter haec media occipitis ossis pars anterior, proce-  
susque coronoidei, à magnitudine consueta non rece-  
ferunt. Deest maxilla inferior. Fronti manu *Clar.*  
*Otthonis Heurnii* inscriptum est: *Caput rustici anno-*  
*rum*

rum 40. ex pago Goudae vicino Wensveen, anno 1628. Appellabant eum Laurentiolum ebriosum, quod per diversoria perpetuo divagaretur. Erat staturae pusillae, & ingenii tenuis & hebetis.

XXXI. Capitis ossi humani, prodigiosae magnitudinis, & formae etiam depravatae, ossa calvariae omnia, solis verticis ossibus exceptis, integra fere, & crassa admodum. Mira est omnino capitis hujus magnitudo. Attamen, quod maxime notandum, ossa ejus, & diversae quoque ejusdem cujusvis ossis regiones, eam inter se proportionem in magnitudine neutiquam servant, quam in calvariis humanis, consuetae magnitudinis & figuræ deprehendimus. Nam in basi, ad eum locum, quo cum vertebra prima committi debet, à naturali magnitudine & figura vix tantillum recedit; inde vero in omne latus, & versus superiora in primis, ita increscit, ut tandem omnium in vertice sit amplissimum. Magnum in occipitis osse foramen consuetam in aliis magnitudinem vix superat: diameter longior ejus est pollicis Rhenolandici unius, & trium octavarum pollicis partium; brevior, in radices posteriores processuum coronoideorum incidens, est p. unius, & unius quartae p. p. Ab eo autem basis calvariae in anteriora, posteriora & latera, paullatim magis magisque praeter solitum latescit; ut partes, quo remotores ab eo foramine, eo etiam habeat latiores. Et enim coronoidei occipitis ossis processus jam sunt paullo latiores. Processus mammillares vero distant inter se poll. quatuor cum dimidio. Pars ossis occipitis, quae est inter magnum foramen ejus, & os cuneiforme, longa est p. unum, & unam quartam p. p; lata in medio pollicis tres quartas p. fere. Ab ossis

occipitis nexu cum cuneiformi, usque ad ossis frontis eam regionem, cui adnectuntur nasi ossicula, p. trium, & trium quartarum p. p. longitudo intercedit. Processum pterygoideorum laminae interiores distant inter se paullo plus p. uno. Sinus ossium squamosorum, qui admittunt capita inferioris maxillae, inter se distant p. tres, & unam quartam p. p. Ipsorum sinuum diameter longissima transversalis est pollicis unius: unde & maxillae inferioris magnitudo potest quodammodo aestimari. Distant processus mammillares à pterygoideis pollices duos. Ossis petrosi cujusque longitudo, à meatus auditorii margine extrinsecus mensurando, est p. duorum, & unius quartae p. p. Inter orbitalium angulos externos, ubi os cuneiforme cum osse frontis suturam utrimque facit, longitudo intercedit p. fere quatuor cum dimidio. Quaelibet orbita à minori ad majorem angulum lata est p. unum, & septem octavas p. p: quare maxilla superior latior quoque fuit. A basi hac adsurgentia undique ossa, ad perficiendam calvariam, paullatim etiam augentur & ampliantur; sed longe, quam priora, magis. Nam ossis occipitis convexa longitudo, à margine posteriore magni foraminis ad locum, ubi suturam sagittalem contingit, est p. sex cum dimidio: latitudo maxima paullo longitudine minor. Ossis temporum latitudo, ab osse occipitis usque ad os cuneiforme, in latere calvariae est p. quinque, & unius quartae p. p: altitudo, ab apice processus mammillaris recta sursum, p. duorum; à radice autem processus zygomatici sursum, p. duorum, & unius quartae p. p. Ossis cuneiformis latitudo maxima, in cavo temporis, fere p. unius, & trium quartarum p. p: altitudo p. duorum, & trium quartarum p. p. Ossis frontis latitudo

tudo convexa maxima, à tempore uno ad alterum est p. undecim; altitudo convexa, ab ossibus nasi ad sagittalem suturam, p. novem. Regio ossis frontis, quae contingit suturam sagittalem, à régione eadem ossis occipitis, distat linea recta pollicum octo. Cavi calvariae, his ossibus confecti, diameter longior, nempe inter ossis occipitis regionem medianam crassissimam, ubi sinus longitudinalis durae matris in laterales quasi abit; & ossis frontis medianam similiter regionem, est fere p. novem cum dimidio. Diameter minor, inter summitates ossium squamosorum, est p. octo cum dimidio. Altitudo perpendicularis, à sella equina ad os frontis, p. sex cum dimidio excedit. Unde patet, ossa verticis, quae desunt, omnium adhuc amplissima fuisse. Caeterum tota basis intrinsecus planior quoque est & depreffsa penitus. Nam, ut à media regione incipiam, pars ossis occipitis, quae est ante magnum foramen, & quae cum osse cuneiformi concrescit, cum eo horizontaliter fere ponitur. Ossa petrosa sunt depresso: ossis frontis tubera, ad utrumque cristae galli latus, plana penitus. Dein ossis cuneiformis partes laterales ad tempora positae, ossa squamosa, ossis occipitis pars posterior & superior, quae parietes laterales, & posteriorem calvariae facere debent, in latera & retro, deorsum ita inclinantur, ut baseos amplitudinem longe maximam efficiant. Hinc extrinsecus etiam omnia planiora: orbitarum lacunaria, & sinus, qui excipiunt maxillam inferiorem, minus, non modo quam deberent pro capitis hujus & sua ipsius magnitudine, sed & quam solent in aliis, excavata. Et, quod mirum & notatu dignum, ipse auditorius meatus ita quasi compressus est, ut altitudo ejus latitudini multum cedat: quod plane se habet aliter in  
bene

bene factis. Unde si quid ratiocinari licet , ipsa haec calvariae species satis indicare videtur , formatam eam esse à caussa quadam quae in cavo calvariae haeserit, id mole sua præter solitum adeo distenderit , & simul basin ejus pondere suo presserit; tunc enim hanc figuram produci debuisse res ipsa docet , & confirmat hydrocephalus. An vero tali forma natum est hoc caput; cerebro & cerebello veris atque sanis, sed nimiae tantum molis, repletum: & an haec ita dein, ut solent in aliis, simul excreverunt? An potius, infirma adhuc aetate , à cerebri & cerebelli mole nimium increscente , forte ob distendentem intus aquam , sic paullatim figuratum est & ampliatum ? Tunc vero singulare esset, quod ossa haec dein non modo firmiter sibi invicem committi potuerint ; sed adeo non tenuiora facta fuerint , ut nunc crassitie & robore vulgares calvarias tantum superent , quantum fere supra eas magnitudine increverint. Fuerunt autem haec ossa diu adservata in repositorio auditorii medici Academiae hujus Leidensis ; dein vero cum aliis anatomicis publice divendita ( sicut & caput praecedens , xxx. ) & à Clar. Rau emta , nunc redeunt ad dominum suum. Ex his os frontis illud idem est , quod describit Doct. Thomas Molyneux in Philosoph. Transact. N°. 168 , & fusius N°. 261. quodque solum viderat. Is vero cum expiscari se non potuisse scribat, unde venerit ; & probare etiam multis conetur , esse Giganteum , non ingratum rei anatomicae & naturalis amatoribus, nec incongruum fore existimavi, si paucis adderem , quae de his scripta habentur in litteris authenticis, quas in repositorio auditorii medici nostri inveni. Litterae sunt à Michaële Paauw , Scabino urbis Amstelaedamensis , scriptae ad Otthonem Heurnium,

nium, Anatomes & Chirurgiae in Academia Lugduno-Batava Professorem, a. d. XII. Julii, MDCXXIII. quibus nuntiat *Heurnio*, mittere se ad eum ossa quaedam capitis, quae tribus annis ante inter se adhuc cohaeserint, & pedibus conculcata dissolutaque fuerint, ut caeterae partes, quae desiderentur, haberi nequeant. Infra notavit *Cl. Heurnius*, rettulisse sibi laudatum *Michaëlem Paauw*, XXIX. Junii, MDCXXIII. Amstelaedami in Ecclesia, dicta nova, ante ingressum ad Bibliothecam, caput istud sepultum fuisse, ut didicerit ab aedituo, cum Ecclesiae istius aedilis esset: esseque caput hominis Amstelaedami nati, qui vulgari tantum fuerit statura, & propter capitis monstrosam magnitudinem incedere non potuerit, sed vitam totam sedentariam agere debuerit. Quae omnia si vera, liquet, quam egregie *Doct. Molenneux* suis hic ratiociniis veritatem obscuraverit, & pene etiam oppresserit. Postquam enim ex figura singulari ossis frontis istius cum humana ad amissum, ut putat, conveniente, etsi plane depravata sit, id humanum esse concluderat; non ita multo post addit, evidens esse, quod caetera ossa omnia, quae cum eo proxime connexa fuerint, & fere totum caput conficiant, debuerint necessario eodem modo facta, & in eadem cum hoc osse proportione fuisse; quia aliter nequaquam potuerint cohaerere inter se, ita ut proxime inter se nexa aptaque fuerint, & fecerint integrum globosum cranium. Unde porro computat, capitis istius integri, tectique cute capillata, circumferentiam fuisse circiter XLIV. pollicum. Ita sane esse deberet, si capitis hujus figura non esset depravata. Nunc enim ex maxima amplitudine, quam superius obtinet, versus inferiora, & porro versus magnum occipitis ossis foramen ita paullatim decrescit, ut ipsum illud

B

fora-

foramen tantillum majus quidem sit consuetis; non ita tamen, quin in plurimis calvariis ejusdem repperiatur magnitudinis. Prorsus, ut in proxime praecedente capite, N. xxx. factum observamus; quamquam magnitudo ejus infra hujus magnitudinem multo subsistat. Et docere hoc satis potuisset ipsa frontis ossis figura: quae et si humanae similis sit, à recta tamen multum recedit; cum versus coronalem futuram totam, & versus tempora mire praeter modum latecat. Vide autem, quomodo errorem majorem creet error semel admissus, & longius semper à vero abducatur. Porro enim ratiocinatur, sequi inde debere, quod homo, cuius hoc caput fuerit, plus quam duplo fuerit altior, quam quales homines vulgo esse solent: quoniam omnes corporis humani partes constanter sint in certa quadam inter se proportione, & idem hic omni jure supponi queat; os autem hoc frontis vulgaribus plus quam duplo majus sit. Quare excedere eum debuisse undecim vel duodecim pedum staturam. Fuisse ergo homines, qui altitudine aequaverint, si non superaverint maximos gigantes, quorum in Sacra Scriptura fiat mentio: cum *Goliath* ex calculo ejus tantum fuerit pedum novem totidemque pollicum; & *Og Rex Basan* attigerit quasi proceritatem hujus sui gigantis. Nec praetereundum est, quod addit, non improbabile esse, quod, ubi sol & clima concurrant, & ex natura sua possint producere plantas, fructus, & animalium varias species, multo quam apud nos majora, in iis etiam orbis terrarum regionibus homines inveniri aliquando possint multo maiores, quam sint inter nos. ideoque in mentem sibi venire, non improbabile esse, magnum hocce frontis os ante LXX. vel LXXX.

annos,

annos (eo quod recens esse videatur, & sit adhuc solidum & grave, ideoque nequeat esse valde vetustum) forsan in Europam apportatum esse à mercatoribus Batavis, ut idoneum exemplar proceri cuiusdam gigantis, quem offenderint in peregrinationibus suis Americanis. Et haec omnia probabilibus argumentis eleganter adeo adstruit, & exemplis docte illustrat, ut animum ad credendum fere inclinet, suoque exemplo demonstret, posse sententiam omnino falsam ab erudito & intelligente homine speciosis ratiociniis reddi verae adeo similem, ut latens error aegerrime queat deprehendi.

**XXXII.** Caput osseum foeminae, cuius os verticis carie mire exesum: sic & ossis cuneiformis basis, & vicina ei occipitis ossis pars, inter duo ossa petrosa, fere usque ad magnum foramen, exesa interierunt.

### *II. Capita ossea juniorum.*

**XXXIII.** Puellae annorum octodecim, integrum; ubi sutura sagittalis ad nasi ossa adhuc excurrit.

**XXXIV.** **XXXV.** **XXXVI.** **XXXVII.** **XXXVIII.** **XXXIX.** **XL.** **XLI.** **XLII.** **XLIII.** **XLIV.** **XLV.** **XLVI.** Capita ossea juniorum, aetatis variae; quae tamen magnitudine inter se non multum discrepant.

### *III. Capita ossea adultorum & juniorum in singula ossa sua soluta.*

**XLVII.** **XLVIII.** Adulta, virilia.

**XLIX.** Adultum, muliebre.

**L.** Junioris.

LI. Junioris, magna ex parte dissolutum.

LII. Adultum, virile, cuius ossa jugalia, temporum dextrum, & spongiosum, à caeteris inter se adhuc cohaerentibus soluta sunt.

LIII. Ossa cranii inter se cohaerentia sola, remota maxilla superiore.

*IV. Capita ossa XIII. foetuum immaturorum, quinque, sex, septemve mensium.*

Spectari in iis possunt magnitudinis & figurae bregmatis membranacei varietates. In nonnullis adest quoque membrana tympani, & sub ea conspicuntur auditus ossicula: in aliis membrana tympani remota, apparent dicta ossicula, in his in situ, in illis extra situm; vel & his remotis, tympanum vacuum. Dentes adsunt in maxillis superioribus: absunt autem maxillae inferiores; quibus ad odontologiam parandum usus est.

*C. Ossa quaedam majora adultorum, male formata, vel carie, exostosi, ankylosi, affecta.*

N°. I. Vertebrae dorsi humani novem; quarum corpora substantia ossea hinc & inde, processus autem obliqui omnes inter se penitus coaluerunt. Figuram simul mire incurvatam, & S haud absimilem conficiunt. Adhaerent praeterea quatuor utrimque costae, depravatae figurae, firmiter connatae cum vertebris.

II. Vertebrae dorsi inferiores quinque; è quarum corporibus, anterius, ubi sibi mutuo occurrunt, effusa quasi

quasi substantia ossea tubera magna & inaequalia producit, omnesque inter se firmiter connectit.

III. Os sacrum cum innominato anchylosi concretum.

IV. Radius dexter cum ossibus carpi & metacarpi quatuor anchylosi mire concreta, ut carpi ossa omnia in unum os deforme abierint.

V. Os femoris adulti; cuius pars dimidia inferior, cariosa, praeter naturam mirabiliter crassior facta est; & tota etiam extrinsecus laminas osseas, fibras, spinas, tubera, magna, parva, inaequalia, aspera, posterius praesertim, produxit. Posterius, paullo supra condylos, in medio, est foramen ovale magnum, digiti minoris apicem facile admittens, ad interiora tendens, & profunde excavatum.

VI. Os femoris adulti, prope articulum genu mire deformatum. Pars longitudinis ejus circiter tertia inferior, quasi fracta fuisset & male reposita, ita ad posteriora fere horizontaliter fertur, ut cum superiore ossis femoris parte angulum propemodum rectum faciat; anteriorius vero cum ea tuber magnum, convexum, genu vel patellae instar, constituat. Porro tota haec pars inferior praeter naturam crassa est, extrinsecus inaequalis, intrinsecus tota cuniculosa; & praeter minora quaedam foramina, in latere externo, ad anguli locum, foramen habet admodum magnum & profundum, in quo semi-canalis osseus, crassus, mobilis haeret. Denique ex anteriore hujus partis regione, inter duos condylos, excrevit collum quasi osseum, forte, crassum, foraminulatum, quod in patellam desinit. Condyli naturalem formam penitus quoque amiserunt.

VII. Os tibiae & fibulae, adulta, quae à naturali

specie penitus recesserunt, & mire cariosa sunt. Notabile in primis est, quod per septem magna tibiae foramina appareat intus canalis osseus, amplius, fortis, hinc inde interruptus, mobilis, per totam fere tibiae ossis longitudinem exorrectus.

VIII. Os femoris adulti; ex cuius regione interiore, non nihil sub trochantere inferiore, enata est exostosis dura, compacta, ovalis, convexa, longitudinis trium pollicum & unius quartae pollicis partis, latitudinis in medio circiter pollicis unius cum dimidio, crassitiei pollicis circiter. Haec autem ferrae ope ab osse nitide resecta est, ut appareat origo & natura ejus.

IX. Pars cranii adulti dimidia superior; ex cuius verticis ossis latere exostosis oblonga, convexa, laevis, solida, fabae minoris vulgaris magnitudine, enata est.

X. Tibia & Fibula adulti. Tibia prope astragalum fracta, male reposita, hinc brevior facta, effudit callum, quo cum fibula concrevit.

XI. Varia frusta ossium cranii cariosa, à lue venerea,

### REPOSITORIUM SECUNDUM, MAJUS.

#### *Affer I.*

A. Sceleti adulti ossa dissoluta; quorum & pleraque epiphyses à corporibus suis solutae sunt.

B. Aliud Sceleton, similiter dissolutum; separatis quoque epiphysibus; sed minus, & junioris, ut videtur.

#### *Affer II.*

A. Sceleton adulti, dissolutum, integrum, elegans; ejus

ejus aetatis, ut pleraque epiphyses jam perfectae, à corporibus ossium tamen adhuc distinctae, iis exsiccati proprio subcartilagineo glutine adhaereant.

B. Sceleton dissolutum, junioris; ejus aetatis, ut epiphyses corporibus adnexae, magnam partem adhuc sint cartilagineae, intus tantum osseae; unde cartilagine inaequaliter exsiccata, imperfectae apparent.

C. *Theca* continens in

*Loculo 1.* Sceleton dissolutum, recenter nati.

*Loc. 2.* Sceleton abortus, dissolutum. Quidquid horum ossiculorum in hac aetate est cartilagineum, servatum non est; hinc defunt omnes epiphyses, additamenta cartilaginea, cartilagines ossa incrustantes, partes eorum necentes inter se, totus carpus, pleraque tarssi ossa, patellae, sesamoidea.

D. *Theca* in tredecim loculos divisa, & continens varia ossa juniorum, variae aetatis, abortuum, recenter natorum, paullo adultiorum, quae pariter cartilaginibus omnibus sunt orbata.

*Loc. 1.* Vertebrae; in tres partes, corpus, & duas laterales, singulae divisae: exceptis prima & secunda collis, quae defunt.

*Loc. 2.* Costae.

*Loc. 3.* Sterna; in quibus elegans in ossiculis, in cartilagine siccata haerentibus, adeit varietas.

*Loc. 4.* Ossa innominata; singula in tres partes, illeum, ischium, & pubis, soluta.

*Loc. 5.* Ossa Femoris.

*Loc. 6.* Tibiae.

*Loc. 7.* Fibulae.

*Loc. 8.* Scapulae.

*Loc. 9.* Claviculae.

*Loc.*

- Loc.* 10. Humeri.  
*Loc.* 11. Ulnae.  
*Loc.* 12. Radii.  
*Loc.* 13. Ossicula metacarpi; metatarsi; digitorum  
manus & pedis.

### *Affér III.*

*Ossa Trunci adulorum & juniorum, varia.*

#### *A. Diffoluta.*

- Theca* I. Atlantes & Epistrophaei, adulorum.  
II. Septem colli vertebrae, adulti: bis.  
III. Colli vertebrae inferiores quinque, adulorum,  
variae.  
IV. Colli & nonnullae dorsi vertebrae, adulorum.  
V. Ossa utriusque carpi, metacarpi, digitorum ma-  
nus, adulti, perpulchra.  
VI. Eadem ut supra, unius lateris.  
VII. Ossa tarsi, metatarsi, digitorum pedis, adul-  
ti, nitida.  
VIII. Vertebrae juniorum.  
IX. Costae juniorum.  
X. Pleraque ossa trunci, ex infante.  
XI. Plures juniorum epiphyses; quaedam solutae; quae-  
dam ossibus suis adhuc haerentes; ligamentis propriis,  
siccatis, cinctae. Cartilagines intervertebrales. Auris  
Cartilago.

#### *B. Li-*

B. *Ligamentis suis propriis, exsiccatis, cohærentia; adulorum.*

Nº. I. Brachium; osse humeri, paullo supra articulum ejus cum ulna & radio, resecto.

II. Ossiculorum carpi ordo secundus, ossa metacarpi & digitorum.

III. (a) Tibia, fibula, patella.

(b) ejusdem, reliquus, extremus pes.

IV. Pes extremus totus, cum tibiae & fibulae portionibus, supra malleolos resectis.

V. Sterna, cum adnexis costarum cartilaginibus siccatis. Quaedam, praeter cartilaginem ensiformem, in nonnullis osseam, constant ex duobus, alia ex quatuor, quinqueve ossibus.

#### *Affer IV.*

Abortuum, foetuum, recenter natorum, variae aetas, dorsi spinae; artus superiores, inferiores; extremae manus & pedes, propriis, siccatis ligamentis connecta; adsunt & singula quaedam ossicula.

#### *Affer V.*

Thecae viginti & novem, continentis capita ossea abortuum, recenter natorum, paullo adultiorum, varia, dissoluta, nitida.

Theca. I. Abortus quinque mensium, perelegans, tenerrimum.

II. Abortus quinque mensium: majora tamen sunt

C

omnia

omnia ossa, & paullo firmiora, quam praecedentis.

III. Simile fere praecedenti.

IV. Pulchrum; paullo proiectioris aetatis, quam  
Th. III.

V. VI. Abortus sex mensium.

VII. Ejusdem aetatis cum praecedente. In dextro  
osse petroso, deleto foramine ovali & rotundo, sic a-  
perto vestibulo, apparent oricia quinque canalium se-  
micircularium: effracta quoque cochlea, patet lamina  
ejus spiralis. In sinistro petroso osse aquaeductus Fal-  
lopii hinc inde effractus est: cochlea fere tota aperta,  
conspicitur spiralis lamina: effractus praeterea est cana-  
lis semicircularis interior.

VIII. Abortus septem mensium.

IX. X. XI. XII. Abortus octo mensium.

XIII. XIV. XV. XVI. XVII. XVIII. XIX. XX. XXI.

XXII. Recenter nati, maturi.

XXIII. Adultioris.

XXIV. XXV. Adhuc adultiorum.

XXVI. Infantis sex hebdomadas nati: ubi omnia os-  
sa perfectiora.

XXVII. Infantis duos menses nati.

XXVIII. Infantis quinque menses nati: omnia sunt  
firmiora.

XXIX. Infantis decem menses nati.

### *Affer VI.*

I. *Lagenae vitreae in liquore servantes ea,*  
*quibus ossium trunci artuumque, ortus,*  
*incrementum, & successiva mutatio, de-*  
*monstrantur.*

A. Ab-

## A. Abortuum &amp; recenter natorum.

Nº. I. Spina dorsi, recenter nati, constans vertebris omnibus ab epistropheo ad sacrum os; sacro osse. In qua praesertim apparent, corpora vertebrarum ossea, supra infraque cartilagine incrustata; lamellae intervertebrales; spinae cartilagineae; appendices cartilagineae ad processus transversos nonnullos adhaerentes.

Spina dorsi alia, minor, abortus, forte sex mensium; imperfectior.

II. Spinae dorsi portiones; vertebrae quaedam solitae; corpora vertebrarum sola.

III. Costae abortus, fere maturi; appendicibus suis cartilagineis, ad sternum pertingentibus instructae.

IV. Costae recenter nati.

V. Costae paullo adultioris.

VI. Quinque sterna abortuum, & recenter natorum; adhaerentibus praeterea nonnullis costarum cartilaginis. Ubi elegans in ossiculorum sterni numero, magnitudine, & positura varietas deprehenditur.

VII. Duo sterna, recenter nati, & paullo adultioris.

VIII. Sex innominata ossa, abortuum, & recenter natorum; in quibus patet, quomodo ex tribus ossibus cartilagine connexis, coalescant, iliūmque os margo cartilagineus crassus superius cingat & augeat.

IX. Claviculae abortuum & recenter natorum, nullis additamentis cartilagineis instructae.

X. Sex scapulae abortuum & recenter natorum. Unius ex his basi adhaeret limbus cartilagineus; & anteriorius cartilagineum additamentum, producens sinum, cui articulatur os humeri.

XI. Abortuum tria humeri ossa, quorum unum utrimque appendicibus cartilagineis instructum est.

XII. Tria humeri ossa, recenter nati, cum appendicibus cartilagineis suis.

XIII. Ulnae quatuor abortuum, & recenter natorum, quarum duaé utrimque appendicibus cartilagineis augentur.

XIV. Radii duo, quorum uni appendix cartilaginea posterior adhaeret.

XV. XVI. Carpi, abortus fere maturi, solutae cartilagine: adhaerent eis ligamentorum reliquiae.

XVII. Superius à filo pendent quatuor ossa metacarpi abortus, cum appendicibus suis imperfectioribus. Inferius autem recens nati ossa metacarpi duo, digitos ossa, primum, secundum & tertium.

XVIII. Metacarpi & ossa digitorum manus, abortus, forte sex mensium: pleraeque appendices cartilagineae imperfectiores, & ab ossiculis suis separatae sunt.

XIX. Eadem paullo adultioris, adhaerentibus eis copiosis ligamentorum & periosteis reliquiis.

XX. Quatuor ossa femoris, abortuum & recenter natorum, appendicibus cartilagineis instructa, quibus ligamentorum reliquiae adhaerent.

XXI. Tria femoris ossa, paullo majora praecedentibus: appendices cartilagineae perfectius servatae sunt: à duabus appendices inferiores solutae sunt.

XXII. Quatuor tibiae abortuum & recenter natorum, cum suis appendicibus cartilagineis.

XXIII. Tres tibiae paullo maiores praecedentibus, à duabus separatae sunt cartilagine superiores.

XXIV. Quatuor fibulae, abortuum & recenter natorum, cum appendicibus suis superioribus, inferiores ab omni-

omnibus ceciderunt; duae solutae adjacent.

XXV. Octo patellae, abortuum & recenter natorum, totae cartilagineae.

XXVI. Tarsi partes, abortuum & recenter natorum, totae cartilagineae, excepto calcaneo & astragalo in centro osseis: adhaerent eis ligamentorum reliquiae.

XXVII. Eadem adultioris, elegantiores; ubi praeter calcaneum & astragalum, etiam cuboides in medio osseum est.

XXVIII. Eadem propriis ligamentis cohaerentes.

XXIX. Recenter nati, unius lateris tarsus & metatarsus, propriis ligamentis connexi: alterius autem lateris soluti: adsunt & digitorum quaedam ossicula.

XXX. Metatarsus & digitus pedis recenter nati; relictis ligamentorum & periostei membranulis & filamentis.

XXXI. Eadem elegantiora.

XXXII. Sceleton, solutum, aetatis paullo proiectioris quam recenter nati, fere integrum, imperfectius; adhaerent copiosae ligamentorum & periostei reliquiae.

XXXIII. Sceleton recenter nati, dissolutum; ubi singula ossa & cartilagine perioste, perichondrii, & ligamentorum copiosis reliquiis, tota fere obteguntur.

XXXIV. Scapula, os innominatum, duo femora, duae tibiae, humerus, duae fibulae, ulna, radius, claviculae, paullo adultioris, quam recenter nati.

XXXV. Patella, ossa tarsi, appendices quaedam; ad demonstrandum, quomodo cartilagine in media ossescant.

B. *Adultioris.*

- XXXVI. Scapulae duae.  
 XXXVII. Carpi ossicula, & tarsus, pleraque ligamentis suis connexa.  
 XXXVIII. Metacarpi & digitorum manus ossa.  
 XXXIX. Metatarsi & digitorum pedis ossa.  
 XL. Patellae.
- C. *Multo adultioris; ubi ossa majora, robustiora, multae cartilagines imminutae, sicciores, firmiores, opacae.*
- XLI. Vertebræ, minus cartilagineæ, firmae satis, perfectiores.  
 XLII. Costæ.  
 XLIII. Sternum, elegans; cum adhaerentibus cartilaginibus costarum verarum. Adsunt quoque cartilagines costarum spuriarum solutæ.  
 XLIV. Ossa innominata. Cartilagines multum imminutæ sunt, & densiores.  
 XLV. Femora, tibiae, fibulae.  
 XLVI. Patellæ, maximam partem osseæ.  
 XLVII. Tarsus, pariter osseus, maxima ex parte: adhaerent copiosæ ligamentorum reliquiae.  
 XLVIII. Metatarsus, & digitorum pedis ossa.  
 XLIX. Scapulae.  
 L. Claviculæ.  
 LI. Humeri, ulnae, radii.  
 LII. Carpus, metacarpus, & digitæ manus: relictis ligamentorum reliquiis.

II. *La-*

II. *Lagenae vitreae in liquore similiter continentes juniorum & adultorum Laryngis partes.*

LIII. Os yoides adulti, ex basi & duobus cornubus, cartilagine connexis, constans; cornuum apicibus cartilagine incrustatis & auctis quasi. Cartilago scutiformis, cricoides, arytaenoideae. Cartilagines primae asperae arteriae.

LIV. Ossis yoidis adultioris tres partes à se invicem solutae; cartilago scutiformis, cricoides, arytaenoidae.

LV. Eadem junioris, propriis ligamentis suis cohaerentia.

LVI. Adulti larynx cum asperae arteriae principio; omnibus ejus partibus propriis ligamentis suis inter se nexione.

LVII. Asperae arteriae cartilagines, quaedam solutae; quaedam propriis cohaerentes ligamentis.

III. *Lagenae, ut supra, continent ossa adultorum, ad demonstrandas cartilagineas, tenues, laeves, splendentes crustas, quibus obducuntur iis partibus, quibus cum aliis ossibus committuntur, mobili articulo.*

LVIII. Ossa carpi, & sesamoidea.

LIX. Metacarpi & digitii manuum.

LX. Tarsi ossa.

LXI. Metatarsi & digitii pedum.

**IV.** *Lagenae, ut supra, continentes juniorum & adultiorum ossa varia fissa, & fracta, ad varia demonstranda.*

**LXII.** Os humeri & ulna, junioris; utrumque secundum longitudinem fissum est, ut appareat textura interior fibrata, & quomodo appendices cartilagineae, in centris suis seorsim ossecentes, corporibus ossium cartilagineo nexu cohaereant.

**LXIII.** Similia frustula aliorum ossium, adultiorum.

**LXIV.** Partes osseae, effractae, ad demonstrandam texturam interiorem fibrosam.

**LXV.** Similes, medulla leviter oppletae.

**LXVI.** Adultorum ossium effractorum frusta, ad exhibenda eadem.

**LXVII.** Similia, periosteo cincta, & medulla opertissima.

### *Affer VII.*

#### A.

**I.** Adultorum ossa pleraque, varia, fissa, fracta, serra divisa; secundum longitudinem, transversaliter, oblique, diversimode; in medio, in extremis, ad demonstrandam eorum crassitatem, soliditatem, structuram interiorem, cava, cavernulas, fibratam materiem.

**II.** Juniorum ossa nonnulla similiter parata.

**III.** Recenter natorum ossa eodem modo divisa, in eosdem usus.

**IV.** Ossis humeri adulti partes duae cum periosteo circumposito; cujus arteriolae repletae sunt.

#### B.

## B.

*De Dentibus.*

*Theca. 1. Dentes per varias aetates.*

*Loc. a. Dentes adultorum, integri, varii, radicum diversitatem exhibentes.*

*b. Dentes adultorum varii, secundum longitudinem, transverse, oblique, fissi, fracti, serra divisi; ad demonstrandam cavitatem eorum, & aperturam in radicibus.*

*c. Dentes plurimi juniorum variae aetatis; incipiendo ab ea, in qua radices eorum in tubi speciem elongari primo incipiunt, & desinendo in ea, ubi radicum aperturae ad extremum suum incipiunt arctari, & fere concrescere.*

*d. Foetuum immaturorum, modo natorum, plurimi, integri, fissi; radicibus nondum instructi; sed sola corona constantes, quae folliculi ossi, tenuis, formam habet, variam in variis.*

*e. Adulti dens secans, vasculis repletis radicem ejus hinc inde coronantibus.*

*Alius similis, fissus.*

*Foetus dens secans, & molaris, vasculis nonnullis in cavo folliculi conspicuis.*

*Dentes adultorum cariosi.*

*Dentes adultorum calcinati.*

*Theca. 2. Maxillae inferiores foetuum immaturorum, modo natorum, in partes duas divisae; exhibentes alveolos, ea aetate adhuc imperfectos admodum. Ex plerisque dentes omnes excusci: aliae dentibus adhuc instructae, habent praeterea superinducta, exsiccataque, gingivarum involucra.*

D

*Theca.*

*Theca.* 3. Maxillae inferiores adultiorum, variae aetatis, ad demonstrandos dentes secundarios.

*Theca.* 4.

*Loc.* a. Ossa maxillaria superiore foetuum, ut *Th.* 2.

b. Eadem adultiorum, ut *Th.* 3. ad eadem demonstranda.

*Theca.* 5. Maxillae inferiores variae aetatis, exhibentes sapientiae dentes.

*Theca.* 6. Maxillae inferiores adultorum, partim effractae, partim serra divisae, ad ostendendum canalem osseum, per quem arteria, vena & nervus, ramos ad singulos dentes emittentes, feruntur.

*Theca.* 7. Maxillae inferiores edentulorum; ubi excusis dentibus, & detritis concretisque alveolis, maxillae angustiores factae, & marginem acutum, fortem, dentium loco, acceperunt.

## C.

### *De Aure.*

*Theca.* 1. Duo Temporum ossa adultorum, de cætero mutilata, exhibentia in primis meatus auditorii partem osseam, integrum, cum integumentis, quae interiora ejus investiunt, siccatis, & prope ossei canalis principium resectis.

*Theca.* 2. Foetuum immaturorum, modo natorum, variae aetatis,

*Loc.* a. Ossa squamosa, integra.

b. Annuli integri, soluti.

c. Ossa squamosa, cum adnexis annulis: quorum nonnullis annulus vix adhaeret; aliis extremo suo crassio-

re,

re, aliis utrisque integre jam est cornutus.

d. Ossa petrosa integra, soluta, sola. Eorum uni annulus leviter est adnatus.

*Theca. 3.* Ossa temporum integra variae aetatis, à recenter natis, usque ad adulta perfectaque; ubi annulus ossi petroso squamosoque jam accrevit; ejusque mutationes omnes in meatum auditorium, & hujus quoque successivum incrementum, optime conspiciuntur.

*Theca. 4.* *Auditus ossicula, vulgo dicta, soluta, elegantia.*

*Loc. a.* Mallei integerrimi.

b. Mallei: deest omnibus processus longissimus & tenuissimus.

c. Incudes. Eorum singulis adhaeret ossiculum ovale, quartum dictum.

d. Stapedes.

*Theca. 5.* *Frustula panni lanei nigri, quibus eadem ossicula ordine sunt adsuta.*

*Loc. a.* Omnia integra.

b. Eadem, sed mallei processu longissimo sunt orbati.

*Theca. 6.*

*Loc. a.* Malleus & incus, nixi inter se, in situ.

*Incus & stapes connexi.*

b. Quatuor ossicula, inter se in situ cohaerentia. Praeterea malleo adhaerent musculorum suorum siccatorum reliquiae.

Malleus & incus connexi.

*Incus & stapes.*

*Incus & stapes.* Stapedi adhaeret musculus suus exsiccatus.

c. Malleus integer, cum adhaerente membrana tympani siccata.

D 2

d. Mal-

d. Malleus & incus : malleus: stapes. In his materie rubente repleta sunt vascula arteriosa, quae per superficiem eorum sunt dispersa.

e. Orbiculo nigro adglutinati sunt malleus, duo incudes, & duo stapedes, in quorum superficiebus eleganter conspicuntur vascula materie rubente infarcta. Unius stapedis spatium, quod à lateribus & basi ejus fit, apparet hic clausum membranula tenuissima, per quam & vascula repleta distribuuntur.

*Theca. 7.*

*Loc. a. N°. 1.* Os squamosum, cui annulus & malleus adnexi sunt.

2. Ossis squamosi pars, cui adcrevit annulus, & adhaeret malleus cum incude.

3. Os squamosum cum adnato annulo, cui adnexa est membrana tympani, eique malleus cum incude; vasculis membranae tympani, & ossiculorum simul pulchre repletis.

4. Os petrosum cum adcreto annulo, cui adnexa est tympani membrana; ejusque arteriolae eleganter sunt replete. Insuper hoc os effractum est, superius, ad interiora ossis squamosi; ut in tympanum possit introspecti, & ibi apparent auditus ossicula in situ.

5. Similis ossis petrosi praeparatio; nisi quod simul inferiora tympani prope annulum effracta sint.

*Loc. b. N°. 1.* Annulus cum adhaerente portiuncula squamosi ossis ea, quae deliquum ejus supplet; vasculis quoque, quae per superficiem ejus distribuuntur, repletis.

2. Os petrosum solum, amotis scilicet squamo & annulo. Sic autem aperto tympano, vascula repleta in superficie ejus optime conspicuntur.

*Loc. c.* Pars ossis squamosi, cum adcreto annulo, & ad-

adhaerentibus malleo & incude, sed extra situm suum protractis, ut paterent arteriolae repletae in superficie ossiculorum, & regionis tympani, quae supra annulum est.

*Loc. d.* Pars ossis squamosi; annulus & malleus; os petrosum cum stapede in situ suo reposito. In his repletae sunt arteriolae superficie tympani, annuli & ossiculorum.

*Theca. 8.* *Ossa temporum sic parata, ut conspici queant ossicula auditus, & eorum musculi in situ.*

N°. 1. Os temporum junioris, per cuius meatus auditorium introspicienti apparent ossicula in situ, amota nempe tympani membrana. Dein pars ossis temporum, inter squamosam & petrosam media, superior, ad regionem internam ossis squamosi, ablata est, ut aper-  
to sic tympano, in conspectum veniat mallei processus longissimus, cum suo musculo, in situ.

2. Adultioris simile N°. 1. detrito simul aliquantis per meatu auditorio; sed deest malleo processus longissimus.

3. Junioris codem modo paratum, ubi simul apparet alter mallei musculus internus, & stapedis musculus.

4. Simile os adultioris, in quo insuper membrana tympani in situ adest, cum adcreto ipsi malleo.

*Theca 9. Demonstrationes Aquaeductus Falloppiani.*

*Loc. a.* Ossa temporum juniorum, variae aetatis, in-  
tegra. Seta equina, per aquaeductum uniuscujusque tra-  
jecta, eum utcumque patefacit.

*Loc. b.* N°. 1. Os temporum adultioris, cuius meatus auditorius detritus, & seta similiter per aquaeductum trajecta est, ut & in adultiore aetate, integer tamen, utcumque pateat.

2. Os temporum aetatis adhuc magis proiectae;

D 3 jus

jus meatus auditorius penitus detritus, & aqueductus totus apertus est: quem setae immissae componstrant.

*Theca. 10. Labyrinthi demonstrationes.*

*Loc. a. Labyrinthus integer.*

*Loc. b. Labyrinthus*, cuius tres canales hinc inde aperti: effracta & regio inter duas fenestras interjecta, ut pateant vestibuli interiora: cochlea quoque hinc inde pertusa est.

*Loc. c. Labyrinthus*, cuius cochlea in principio aliquantis per effracta; ut conspiciantur ejus interiora, & lamina spiralis.

*Loc. d. Labyrinthus*, cuius cochlea per totam longitudinem suam aperta; ut appareat lamina spiralis, & vascula per eam distributa. Effracto porro, circum foramen ovale, osse, & aperto sic vestibulo, conspiciuntur vascula, per ejus superficiem, circa orificia canalium semicircularium repentina. Membranula quoque fenestrae rotundae, ipsa etiam vasculis instrueta, adest.

*Loc. e. Labyrinthus* adulti, cuius canales ossei, totaque cochlea, aperta.

*Loc. f. N°. 1. Tres canales semicirculares cohaerentes, soli.*

2. Tres canales semicirculares, eodem modo parati, & praeterea secundum longitudinem aperti: adhaeret quoque pars vestibuli.

3. Unus ex canalibus semicircularibus.

4. Ossis petrosi pars, quae tres canales in se continet; ubi, vestibulo penitus effracto, apparent canalium istorum quinque orificia, per quae, & ipsos quoque canales, setae traductae sunt.

*Loc. g. N°. 1. Labyrinthus imperfectior cum aqueductu; situm aqueductus respectu labyrinthi ostendens.*

2. La-

2. Labyrinthus; exhibens in primis cochleam, ejusque laminam spiralem, & aquaeductum.

3. Labyrinthus, cuius canales semicirculares, & cochlea, effracta sunt: ubi pars membranacea septi cochleae hinc inde adest.

4. Labyrinthus, cuius cochlea penitus effracta. Per baseos cochleae centrum, foramine facto, trajecta seta indicat fundum canalis ossis petrosi, ad quem nervi auditorii portio mollis pertingit, ad basin nuclei cochleae terminari.

*Theca. II.* *Totum auditus organum, osseum in primis, ex recenter nato.*

*Loc. a.* Os squamosum cum membrana tympani, cuius arteriolae repletæ, & adhaerente malleo & incude.

*b.* Labyrinthus imperfectior.

*Theca. II.* *Ex brutis quaedam, ad auditus organum pertinentia.*

*Loc. I.* Duæ ossis temporum præparationes ex vitulis junioribus, ad demonstrandum in his auditorium meatum, membranam tympani, & applicatum ei malleum.

2. Ovis junioris duæ præparationes similes.

3. Ex cuniculo quaedam.

### Affer VIII.

#### A.

*Demonstraciones fabricae nasi interni, osseae praesertim.*

N°. I. Pars crani inferior, cum adnexa ei maxilla superiore tota, in duas partes divisa, sectione secunda-

cundum septum narium, parallele ei, facta. In parte sinistra apparent, sinus frontalis, in anterius & superiora nasi apertus; cavernae ossis ethmoidis; os spongiosum inferius in situ suo; & supra illud orificium sinus maxillaris. In parte dextra, praeter ea, conspiciuntur, sinus sphenoidalis, in posteriora & superiora nasi patens, & septum narium. Anterior à parte dextra ablatum est frustum ossis maxillaris superioris, cum binis dentibus incisiis, & uno canino.

**II.** Eadem junioris; deest septum narium. Sinus frontales & sphenoidales nondum valde cavi sunt.

**III.** Pars anterior baseos calvariae, cum adhaerente maxilla inferiore adulti, codem modo bipartita; ubi membrana, quae nasum internum investit, exsiccata, servata simul est; & in parte dextra in primis, omnia in situ pulchre apparent.

**IV.** Similis pars capitis ossei, adulti, sed non divisa, elegantissima; ubi nasi interiora obducuntur membrana propria, siccata.

**V.** Similis fere, adulti, servata quoque membrana, nares investiente, siccata.

**VI.** Basis cranii adulti; in qua, detrita superiore parte orbitae sinistram, ibi loci effractae cavernae ossis ethmoidis, aperti sinus sphenoidales, & maxillaris; ut omnia haec muci receptacula simul conspiciantur.

**VII.** Pars cranii, constans ossibus frontis, cuneiformi, maxillaribus superioribus, nasi, ethmoide, unguis, palati, inter se connexis, ad demonstrandos sinus frontales & sphenoidales.

**VIII.** Pars anterior cranii infantilis, in qua, amota parte maxima ossis maxillaris superioris, appareat septum narium, & elegans arteriolarum distributio per membranam,

nam, quae hoc septum obducit, siccata.

**IX.** Pars capitis ossei, constans ossibus frontis, nasi, ethmoide, cuneiformi, unitis; ut appareat, quid ad nasum conficiendum singula conferant.

**B.** Diversorum craniorum, juniorum, adul-  
torumque, partes; exhibentes bregma mem-  
branaceum, duram matrem, ejus pro-  
cessus, sinus, pericranium, siccata  
omnia.

**Nº. I. & II.** Partes superiores craniorum juniorum; ubi bregma membranaceum satis adhuc amplum.

**III.** Similis pars adultioris; ubi bregma membrana-  
ceum minus.

**IV.** Similis pars: sed, praeter bregma membrana-  
ceum, adebet dura mater, cum processu falciformi  
suo, & sinu longitudinali; trunci majores arteriarum durae  
matris repleti sunt; per alterum foramen verticale tra-  
jecta est seta in sinum istum.

**V.** Pars calvariae inferior; ubi dura mater, ejusque  
processus transversales servati. Pars sinus longitudina-  
lis, & uterque lateralis, materie fusca repleti sunt.

**VI.** Pars crani junioris superior, cum adhaerentibus  
dura matre & periosteo, quorum arteriolae materia ru-  
bente infarctae sunt.

**VII.** Pars similis; solius pericranii arteriis repletis.

**VIII.** Caput osseum parvuli; servata simul membra-  
na ossa extrinsecus proxime ambiente, & ea, quae palato  
obducitur; harum etiam arteriolae replete sunt.

**IX.** Caput osseum adultioris, simili modo paratum.

A latere sinistro, ablata quadam ossis verticis parte, in cavo calvariae apparet dura mater, cum processibus suis.

REPOSITORIUM TERTIUM, MINUS.

*Lagenae vitreae, quae in liquore servant, artificiose & varie paratas & conservatas, partes moliores, ex hominibus & brutis variis; ad demonstrandam earum fabricam.*

I. De epidermide, rete subcutaneo, pilis, unguibus, cute.

N°. I. Epidermidis adulti frustula, crassa, convoluta.

II. Frustum epidermidis adulti hominis, tenue, cum inhaerentibus pilis; sub axilla detractum.

III. Epidermis de manu adulti hominis, chirotecae instar, integre detracta, cum adhaerentibus unguibus.

IV. Epidermis de pede extremo adulti, socci instar, detracta.

V. Chirotheca, ut N°. III. abortus.

VI. Similis N°. IV. foccus, junioris.

VII. Similis, adhuc junioris.

VIII. Similis, abortus.

IX. Frustum epidermidis de cute adulti, sub pollice pedis, detractum; cuius superficie intrinsecae adhaeret rete subcutaneum.

X. Ungues digitorum manus & pedis, adulti.

XI.

**XI.** Adulti hominis cutis plantae pedis, convoluta; cui adhaeret epidermis, hinc inde separata. Adest & pollex manus, cum epidermide in dorso pollicis dissecta, & à cute separata.

**XII.** Digitorum manus adulti extrema; à quibus epidermis & unguis detracti, ut nuda sub his cutis, ejusque sub ungue habitus, appareant.

**XIII.** Nasi adulti pars anterior, detracta epidermide, nudam ostendens cutem, ejusque poros, vulgo dictos. Porro in alia parte nasi anteriore, ejus cartilaginea fabrica, amotis integumentis, utcumque conspicua est; adjacet & lamella cartilaginea, quae nasi septum anterior facit.

**XIV.** Auricula adulti, & duae juniorum, detracta epidermide, ostendentes poros cutaneos.

**XV.** Papilla muliebris, detracta epidermide, cuius frustulum adjacet, exhibens orificia ductuum galactophorum.

## II. De Oculis.

**XVI.** Bulbus oculi humani; in quo, scleroticā undique ad corneam resectā, inversā, & ad posteriora reflexā, apparet choroides, & quomodo trunci vasorum non repleti per scleroticam in medio transcant, & ad choroideam accedant.

**XVII.** Simili fere modo paratus oculus, nisi quod sclerotica ad medium circiter tantum sit reflexa, ut demonstrentur nervi ciliares, per scleroticam transcurrentes, & ad choroideam adeuntes.

**XVIII.** Bulbus oculi humani; à quo amota est cornea, dissecata, separata, & tota reflexa sclerotica, ut con-

spiciatur choroides tota, orbiculus ciliaris, uvea, pupilla, eique appositus humor crystallinus.

**XIX.** Bulbus oculi puerilis, cuius sclerotica prope corneam resecta, undique separata, inversa, versus opticum reflexa, ut appareat choroides nuda, & vascula in ea, materie rubra infarcta. Ex exiguo choroidis vulnera elapsus pro parte vitreus dependet.

**XX.** Eodem modo paratus oculus puerilis, nisi quod cornea remota quoque sit; ubi vascula repleta in choroides, & uvea praesertim, nec non nervi ciliares conspi- ciuntur.

**XXI.** Oculi puerilis bulbus, à quo resecta est & amota sola cornea, ad demonstranda vasa arteriosa uveae, elegantissime repleta.

**XXII.** Simili modo paratus oculus puerilis, quam pulcherrimus.

**XXIII.** Sclerotices puerilis frusta duo, cum adhaerentibus portionibus choroidis inversis, repletisque. Cornea cum adhaerente uvea repleta.

**XXIV.** Cornea puerilis inversa, cum adhaerente repleta uvea.

**XXV.** Scleroticae puerilis pars anterior, unde resecta est cornea; relicta autem uvea, cuius arteriolae replete.

**XXVI.** **XXVII.** **XXVIII.** Optici nervi, scleroticae, corneae, choroideae, uveae, retinae, hominum, varie dissectae & inversae.

**XXIX.** Duo vitrei cum crystallinis, humani.

**XXX.** Sclerotica balaenae, remotâ corneâ, exhibens crassitatem suam, & intus, posteriusque, foramina magna, parvaque, quae vasa transmittunt.

**XXXI.** Bulbus oculi balaenae, secundum opticum  
bi-

bifariam divisus : ubi appareat insignis in hoc animali crassities sclerotices, quae tamen anterius, versus corneae exortum, sensim tenuior fit. In parte dimidia superiore, choroides adhaerens à sclerotica maxima ex parte soluta est & reflexa, ut appareat, quomodo superficies interna ejus ab externa penitus differat. In parte dimidia inferiore, choroides scleroticae mansit accurate applicata; adhaeret etiam portio retinae, hic insigniter crassae. Haec autem omnia materie rubente sunt repleta.

XXXII. Sclerotica balaenae, ut supra. Adjacet funiculus quasi, constans optico nervo, in centro locato, tenui admodum, & circumposita ei densa vasorum majorum & minimorum serie, quae materie rubente infarcta summopere rubent.

XXXIII. Dimidia posterior sclerotices balaenae pars, cum choroide, soluta, repleta, ut supra.

XXXIV. Cornea balaenae, cum portiunctula sclerotices, & adhaerente adnata crassa; ut appareat, quomodo ea, in hoc animali, toti anteriori bulbo oculi distincte obducatur.

XXXV. In fundo jacet balaenae cornea, cum adhaerente adnata, ut supra. A filo dependet balenae cornea, cum exigua sclerotices parte in ambitu ejus, intus etiam applicata uvea: cornea anterius exsecta est, ut iris, cuius arteriolae utcumque repletæ, nuda appareat.

XXXVI. Similis cornea; ubi intrinsecus corneam cingit canalis orbicularis, satis amplius, repletus, per quem seta est trajecta. In fundo jacet frustum optici nervi crassum, albicans; & aliud repletum, rubens.

XXXVII. Frustum choroidis & uvae balaenae; ubi choroidis superficies interior albicat, polita est & aqua-

lis; exterior autem, penitus diversa ab illa, fusca est, fibrosa quasi, striata, inaequalis.

XXXVIII. Similis praecedenti portio, sed summopere rubens, ob repletionem vasorum. In fundo jacet retinae repletae, rubentis, complicatae portio.

XXXIX. Balaenae portio choroidis anterior, cum uvea, & ciliaribus ligamentis, hic admodum conspicuus: per choroidem & ciliaria ligamenta decurrent vascula exigua, plurima, repleta. Sed iris in primis mirabilis est; ubi apparent vasa, repleta materie rubra, magna, copiosa, mirabiliter plane inflexa. Excurrunt & rami distincti, divisi iterum, nervorum ciliarium supra haec vasa, versus pupillam. Objectum hoc caetera omnia elegantia & novitate superat; & fabricam demonstrat singularem & mirabilem, nondum bene descriptam.

XL. Simile fere objectum, nisi quod portio sclerotices adhaereat, corneam orbiculariter exsecta: hic autem in interiori uvae superficie, circa limbum ejus, fibrae orbiculares in primis optime conspicuntur.

XLI. Retinae balaenae portio.

XLII. Balaenae vitreus, cum insidente crystallino.

XLIII. Similis vitreus, cui insidet crystallinus, & ubi praeterea in vitro, circum humorem crystallinum, ubi ligamenta ciliaria applicata fuerant, margo latus, repletus, ruber, totus quasi vasculosus, appetit.

XLIV. Bulbi oculi bovinus pars dimidia, posterior, cui intrinsecus applicata choroides, ut binis in locis conspiciantur trunci vasorum non repleti, qui, postquam per scleroticam penetrarunt, ad choroideam accedunt.

XLV. Pars anterior bulbi oculi bovinus, constans magna parte sclerotices & cornea, applicata quoque interius

rius parte choroidis, totaque uvea : ubi apparent ligamenta ciliaria; uveae fibrae, longitudinales, orbiculares, nigrities; pupilla; tum & nervi ciliares, tenues, plures, ad orbiculum ciliarem tendentes. In fundo jacent duo vitrei cum crystallinis, ex eodem animali.

XLVI. Similiter parata pars anterior bulbi oculi bovini, sed amota nigritie : ubi ciliaria ligamenta, & uveae fibrae distinctius apparent. Resecta quoque cornēa, apparet iris.

XLVII. Pars choroidis bovinæ, cuius arteriolae repletæ sunt.

XLVIII. Oculi bovini repleti bulbus, apertus; inversa sclerotica & choroides.

XLIX. Sclerotica bovina inversa, à qua dependet choroides, per cuius superficiem exteriorem distribuuntur arteriolæ plurimæ, repletæ, ex sclerotica ad eam adeuntes.

L. Bovis pars uveae cum ligamentis ciliaribus, repletis arteriolis.

LI. Pars anterior bulbi oculi vitulini, ubi intrinsecus apparent, uvea cum suis fibris, & ciliaria ligamenta, extrinsecus vero, exsecta cornea, iridis anteriora; horumque arteriolæ repletæ sunt.

LII. Eodem modo parata pars oculi vitulini anterior, sed vasculis minus repletis.

LIII. Nervus opticus, & bulbus oculi vitulini, à quo remota est tota sclerotica cum cornea, ut appareat choroides tota, vitreum & crystallinum quoque continens.

### III. De lingua & dentibus.

LIV. Apex linguae humanae adultæ; in qua, detra-

cto

cto involucro externo, apparent papillae nudae.

LV. Lingua parvuli, repleta.

LVI. Parvuli maxilla inferior cum lingua, repleta: ubi conspiciuntur papillae linguales, & facies interior labii inferioris. In fundo jacet similis maxilla cum lingua; sed in ea apparet in primis membrana tenera, alveolos dentium cingens, dentesque excipiens, cum suis vasculis; extrinsecus nempe effracta maxilla.

#### *IV. De medulla spinali.*

LVII. Medulla spinalis adulti integra; involucrum crassum ejus in uno latere secundum longitudinem totum dissectum est, & ad latera reclinatum, ut appareat arachnoides, & quomodo nervi ex medulla spinali ex eant.

LVIII. Medullae spinalis adulti hominis pars superior, in vertebris colli consistens, eodem modo parata.

LIX. Medulla spinalis adulti integra, à qua remota est dura mater; ita ut ad egredientes ex ea nervos exiguae portiones ejus reliætæ sint. Apparet sic arachnoides, & quomodo singuli nervi pluribus fibrillulis ex medulla orientur, varie in variis; dein, qua ratione arachnoides cujusvis nervi fibrillas ambiat, colligetque in unum fasciculum.

LX. Medulla spinalis recenter nati, integra, eodem modo parata.

LXI. Medulla spinalis foetus immaturi, integra; ubi vascula hinc & inde materie rubra repleta sunt.

LXI. Hominis adulti medullae spinalis pars, cauda equina dicta, cum arachnoide investiente.

LXIII. Cauda equina immaturi foetus.

LXIV. Cauda equina foetus paullo adultioris, cuius vasa nonnulla repleta sunt.

LXV.

*V. De Intestinis.*

LXV. Pars intestini jejunii, humani, adulti, inversa; ubi juga valvulosa, & internae tunicae villositas apparent.

LXVI. Similis pars; cuius arteriarum majores trunci materie rubra, venarum autem, caerulea sunt repleti.

LXVII. Tres portiones intestini ileum, ex pueri, distentae: harum duae non inversae exhibent eleganter distributionem arteriarum; tertia vero inversa, villosac tunicae habitum, post repletionem arteriarum.

LXVIII. LXIX. LXX. Portiones intestinorum tenuum vitulinorum, ad demonstrandam tunicae internae villositatem in isto animali.

*VI. De Liene.*

LXXI. LXXII. LXXIII. Frusta lienis bovini, eloti; exhibentia, membranam externam crassam, & interceptam substantiam fibrosam, vaseaque, post talena operam.

LXXIV. LXXV. Similia frusta eodem modo parata; repletis simul arteriarum majoribus truncis.

*VII. De Renibus.*

LXXVI. Pars dimidia renis adultioris; ostendens papillas renales, & substantiam vasculosam eis appositam, repletam.

LXXVII. Similis portio, minor.

LXXVIII. Frusta substantiae exterioris, vasculosae, renis adulti, repleteae.

LXXIX. Ren adulti repletus, dissecatus.

LXXX. Portio renis repleti, cui adhaeret, separata magnam partem, tunica ejus externa.

LXXXI. LXXXII. Renes adultiorum, quorum vas majora, pelvis ejusque rami repleti, caetera autem vasculosa substantia, non repleta est, sed dissoluta.

LXXXIII. Renes abortuum, recenter nati unus integer, reliqui dissecati, repletii.

LXXXIV. Ren parvulus, repletus, dissecatus.

LXXXV. Renes foetuum immaturorum duo, & recenter nati unus; ubi patet, eos ex renculis quasi coalescere.

LXXXVI. Renculus bruti repletus, & transverse dissecatus.

### VII. De Pene.

LXXXVII. Pars anterior penis humani, ad demonstrandum coronae involucrum externum, tenui, quod cuticulae continua productio.

LXXXVIII. Lamellae duae penis humani, transverse secti, exhibentes corpora cavernosa, horum involucra crassa, limitantia; urethram, ejusque corpus cavernosum minus.

### VIII. De Testibus.

LXXXIX. Testis humanus transverse dissecatus, cum adhaerente vase deferente.

XC. Testis humanus; cuius tunicâ albugineâ dissecata, & magnam partem à teste separatâ, conspicitur substantia testis interior in situ.

XCI.

XCI. Testis humanus adultus, cum adhaerente vase deferente & epididymide. Tunicâ albugineâ apertâ & reflexâ, apparet pulpa testis, & filamenta albicantia, an venae? quae ex tunica albuginea in substantiam illam testis interiorem sese inserunt.

XCII. In fundo, testis humanus, amota tunica albuginea; ut interior substantia appareat. A capillo pendet similis testis, sed cuius substantia paululum dilacerata est.

XCIII. Simili fere modo parati testes duo.

XCIV. XCV. XCVI. Testes humani, cum vase deferente; tunica albugineâ apertâ & reflexâ, vel & remotâ, patet substantia testis, leniter dissoluta.

XCVII. Testis humanus, cum vasorum spermaticorum funiculo, & epididymide dissoluta: apertâ & reflexâ membranâ albugineâ, apparet substantia interior, in tenuissima & candidissima filamenta utcumque dissoluta.

XCVIII. Testes humani tres, quorum vascula seminifera dissoluta sunt.

XCIX. Testis humanus, cum epididymide & vase deferente, repletus; tunica albugineâ apertâ, & magnâ ex parte reflexâ, apparet interior substantia.

C. CI. Testes humani repleti, cum corpore pyramidali, epididymide, & vase deferente. Tunica albuginea dissecta & inversa, substantia testis lacerata est, ut appareant vascula repleta, per eam distributa.

CII. Testis humanus, praegressa repletione, aperta & inversa tunica albuginea, eadem ut C. sed imperfectius, ostendens. Adhaeret epididymis uno extremo suo, caetero autem corpore à teste tota separata, cum vase deferente.

CIII. Testis arietinus, cum adnexa epididymide,

transversim dissectus: ubi apparent vascula subtilissima repleta, quae inter seminalia vascula distribuuntur; & corpus, dictum olorinum, per medium testis excurrens.

CIV. Testis arietinus; in cuius membrana albuginea, ex parte separata, apparent vasa majora, flexuosa, repleta.

CV. Testis arietinus; à quo tunica albuginea maxima ex parte detracta.

CVI. Testis arietini, secundum longitudinem divisi, pars dimidia: in qua, praeter seminalia vascula compacta, apparent & alia repleta, rubentia, intercurrentia. Patet quoque corporis, dicti olorini, secundum longitudinem divisi, pars dimidia.

CVII. Frusta aliquot testis arietini, similiter parata.

CVIII. Simile frustulum, paullo magis rubens.

CIX. Simile frustulum, ubi vasa semifera, paullulum hinc inde soluta, distinctius apparent.

CX. Testis arietinus repletus; cujus tunica albuginea variis in locis disiecta & inversa: substantia autem testis lacerata est.

CXI. Frustulum substantiae interioris testis arietini, repletum; ubi vascula semifera à se invicem nonnihil soluta sunt.

CXII. CXIII. CXIV. Partes testium arietinorum, quibus adhaeret portio tunicae albugineae albicantis: ipsa autem substantia repleta, admodum rubet.

CXV. Testis humanus, cujus tunica albuginea aperata, appetet substantia interior. Ab epididymide autem detracta est tunica externa, & epididymis leniter dissoluta.

CXVI. Epididymis humana disiecta, & lacerata.

CXVII. CXVIII. Partes epididymidis arietinae, hinc inde repleteae.

CXIX. Partes epididymidis arietinae repleteae, & amo-

amota tunica coērcente, dissolutæ, & in longitudinem protractæ.

CXX. Testes vitulini duo, cum adhaerentibus epididymide, vase deferente, & funiculo spermaticorum vasorum. Inferior albicans, transverse disiectus, ostendit vascula seminifera, tenuissima, hinc inde leniter dissoluta. Superior repletus, secundum longitudinem diffus, diductus, exhibet vascula rubentia, quae inter vasa seminifera decurrunt.

CXXI. Testis bruti, in quo in primis conspiciuntur vasa spermatica, prope testem repleta.

### *IX. De Secundinis, Uteri gravi di acetabulis.*

CXXII. Secundina humana; ubi placenta fere integra.

CXXIII. Secundina humana, cuius placenta hinc inde paullulum dissoluta.

CXXIV. Secundina humana, cuius placenta admodum disoluta est.

CXXV. Placenta uterina muliebris integra, cum adhaerente chorio, & parte funiculi umbilicalis. Vasa arteriosa majora materie rubente, venosa autem caerulea repleta sunt.

CXXVI. Portiones duæ funiculi umbilicalis, ad demonstrandam venam, duasque arterias umbilicales.

CXXVII. Pars placentæ uterinae humanæ, in hydatides tota conversa.

CXXVIII. Similis pars; sed hydatides sunt minores, & nascentes quasi.

CXXIX. Pars uteri ovis gravidae, cuius cotyledones admodum magnæ; eorumque cavis adnectitur chorion. Repletæ sunt arteriae uterinae; unde uterus & cotyle-

F 3                   dones.

dones summopere rubent; chorion autem totum albicat. In fundo jacet similis cotyledon, repleta, transverse disiecta.

CXXX. Similis pars uteri repleta, cuius cotyledones minores, & protractum ex plerisque penitus chorion, ut conspicatur porositas fundi acetabulorum istorum.

CXXXI. Cotyledones nonnullae, replete & dissectae.

CXXXII. Similis cotyledon, à qua dependet pars chorii.

CXXXIII. Cotyledones brutorum majores replete, tres; ex uniuscujusque cavo dependet chorii repleti portio.

CXXXIV. Similes cotyledones duae, replete; ex unius cavo similiter dependet chorii repleti portio: altera autem ex parte dissoluta est.

CXXXV. Similes cotyledones, quarum cavum replete filamenta, numerosa, tenuia, placentae ex chorio enatae.

CXXXVI. 1. Cotyledon similis repleta, ut supra.

2. Cotyledon lacerata pro parte, ut interiora ejus patent.

3. Pars chorii, cum enata substantia placentae filamentosa quasi, copiosa, ex acetabulo protracta, in qua & vasa repleta conspicuntur.

CXXXVII. Cotyledones dissectae, laceratae, dissolutae; nonnullis etiam adhaeret substantia filamentosa, è chorio enata.

CXXXVIII. Bruti animalis chorion, cui adhaerent acetabula uterina plura; remotis acetabulis nonnullis, apparent chorio adnexae placentae, quae referunt sphaeras magnas, constantes ex filamentis, vasculis, numerosis; quae inhaerebant acetabulorum cavis. Replete sunt arteriae rubra, venae autem caerulea materie.

CXXXIX.

CXXXIX. Similis similiter parata portio, minor.  
 CXL. Similis praeparatio, exhibens acetabula uteri-  
 na, & placentulas chorii.

CXLI. Similia duo acetabula, & placentulae tres.  
 CXLII. Acetabulum, & tres portiones chorii, quac-  
 que cum placentula sua, materie rubente infarctae.

CXLIII. Duae portiones chorii: singulis adhaeret pla-  
 centula globosa, non repleta, albicans.

CXLIV. Chorii magna portio, cui adhaerent placen-  
 tae globosae, plures, maiores, minoresque; nonnullae  
 alblicant, aliae materie rubente sunt infarctae, & vascu-  
 losae apparent: chorii autem arteriae materie rubente,  
 sed venae caerulea sunt replete.

CXLV. Tres placentae globosae, materie rubra in-  
 farctae, vasculosae.

CXLVI. Similes placentulae, non replete, perele-  
 gantes, dissolutae; adjacet una repleta.

CXLVII. 1. Pars uteri vaccae gravidae, cum enato  
 acetabulo, poroso, laxo.

2. Simile acetabulum, cui adhaeret chorii portio, &  
 cuius filamenta, placentae analoga, pro parte ex dictis  
 poris acetabuli protracta sunt.

CXLVIII. Similia acetabula duo. Ex uno placenta  
 chorii tota fere protracta est; alteri penitus adhuc in-  
 haeret.

#### X. Foetus immaturi.

CXLIX. CL. CLI. CLII. CLIII. CLIV. CLV.  
 CLVI. Foetus immaturi, humani, octo, aetate & ma-  
 gnitudine diversi.

CLVII. Foetus ovillus parvulus, elegans, amnio suae  
 inclusus, & liquori, quo repleta est, innatans.

XI. *Varia.*

**CLVIII.** Piae matris adulti hominis portio magna; cuius arteriae materie rubente repletae sunt.

**CLIX.** Plexus choroides hominis adulti.

**CLX.** An arteria splenica vitulina repleta, & cum ramulis suis dissolutis ex splene protracta?

**CLXI.** Os verticis foetus immaturi; & dimidia frontis ossis pars, ex foetu parvulo.

**CLXII.** Nonnulla, quae ad auditus organum pertinent, ex foetu immaturo. Nempe os petrosum; cum stapede, forami ovali insidente: aperto aquaeductu Falloppii, apparel nervus auditorius durus, per eum decurrens. Alterius labyrinthi cochlea effracta est, ut appareat lamina spiralis.

**CLXIII.** Pars tendinis achillis, hominis; ut pateat, quomodo ex multis minoribus tendinibus componatur.

**CLXIV.** Narium septi cartilagines ex adultioribus & junioribus, tres.

F I N I S.

